MASTER
NEGATIVE
NO. 92-81150-17

MICROFILMED 1993

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

HERWIG, THEODOR

TITLE:

ABHANDLUNG DES PR. HERWIG...

PLACE:

RINTELN

DATE:

1850

Master Negative #

92-81150-17

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record



88D35
EH

Herwig, Theodor

... Abhandlung des Pr. Herwig über Demetrius Phalereus schriften etc. ... Rinteln, Bösendahl, 1850.

28p. 26 cm.

At head of title: Jahresbericht über das Kurfürstl. gymnasium zu Rinteln ...

145290

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 12½x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 3-4-93 INITIALS MG
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE CT


AIIM
Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202
Centimeter
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm
Inches
1 2 3 4 5
MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

HERWIG.
Abhandlung über Demetrius
Praetereus schriften etc.



88D35 EH-Q

Columbia College
in the City of New York

Library.

JAHRESBERICHT

ÜBER DAS

KURFÜRSTL. GYMNASIUM ZU RINTELN,

WOMIT

ZU DEN AM 18., 19. UND 20. MÄRZ STATTFINDENDEN

PRÜFUNGEN UND SCHULFEIERLICHKEITEN

ERGEBENST EINLADET

Dr. H. AUG. SCHIEK,

GYMNASIAL - DIRECTOR.

COLUMBIA COLLEGE LIBRARY N.Y.

INHALT:

1) ABHANDLUNG DES PR. HERWIG ÜBER DEMETRIUS PHALEREUS SCHRIFTEN ETC.

2) SCHULNACHRICHTEN VOM DIRECTOR.

RINTELN IM MÄRZ 1850.

DRUCK VON C. BÖSENDAHL.

COLUMBIA
COLLEGE
LIBRARY N.Y.

Quum Dr. Chr. Ostermannus in commentationis de Demetrii Phalerei vita, rebus gestis et scriptorum reliquiis particula I. (Hersfeld. 1847) Demetrii vitam quidem majore ex parte exsecutus sit, cetera vero quae ad eum pertinent vix attigerit, equidem ex libello ante sex annos de Demetrii vita, rebus gestis, scriptis composito ea, quae de ejus eloquentia, scriptis scriptorumque reliquiis agunt, hoc loco edere non dubito. Sed temporis angustiis, quominus rem ex animi sententia retractarem, impeditus, eos qui legent haec ut benigne judicent, rogatos habeo.

Cap. I.

Agitur de Demetrio oratore.

Demetrium Phalereum, si non summum, satis tamen amplum in eloquentia locum obtinuisse Cicero ostendit, cui valde placuisse videtur, ut et saepe et multa de eo loquatur eumque eximiis ornet laudibus. Nam, ut hoc unum commemorem, Cicero (Orat. 27.) Demetrium in medio dicendi genere ceteris oratoribus longe praefert. Nec Quintilianus de hoc male judicat, ultimum fere ex Atticis eum fuisse censens qui dici possit orator. Sed nostrum quum sit accuratius de eloquentia Demetrii disserere, primum a quonam ille institutus sit quibusque artibus instructus, deinde qualis prodierit orator quaeramus; qua in re, quoniam ex ejus orationibus fere nihil restat, in solis veterum testimoniis acquiescendum erit.

JUL 31 1897 d. 12

235485

Praeceptore Demetrius in dicendo usus est Theophrasto (Suidas s. v. Dem.; Cic. in Brut. c. 9, de Legg. III. 6, de Fin. V. 19; Diog. Laërt. V. 5. 75.), philosopho quidem, quo tamen melius illum nemo fere alius instituere poterat. Nam diligentissimam et Aristotelem et Theophrastum arti rhetoricae operam navasse satis constat; quamobrem iidem praecepta artis, quae scriptis praeclare tractarunt (Cic. de Orat. I. 10. 43), ore quoque videntur juvenibus optime tradere potuisse. Ad disciplinam accedebat exercitatio tanta, ut et praeceptores coram discipulis de thesibus h. e. de generis universi quaestionibus in utramque partem disputarent et discipulos de thesibus disputantes atque orationes habentes audirent (cf. Max. Schmidt de Theophr. rhetore. Hal. 1839. p. 28). „Quaestio autem, inquit Cicero (Orat. 14. §. 46), a propriis personis et temporibus ad universi generis orationem traducta appellatur thesis. In hac Aristoteles adolescentes non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum in utramque partem ut ornatius et uberius dici posset exercuit.“ Idem de Fin. V. 4. 10: „Disserendique ab iisdem (Aristotele et Theophrasto) non dialectice solum, sed etiam oratorie praecepta sunt tradita; ab Aristoteleque principe de singulis rebus in utramque partem dicendi exercitatio est instituta.“ (cf. Quaest. Tusc. II. 3. 9; Orat. § 125—127, Top. § 79 sqq.; de Orat. III. 106—113; Quintil. X. 5. 13.) Ejusmodi Θέσεων, quae et communes loci et infinitae consultationes appellabantur, exempla sunt: virtus suam propter dignitatem an propter fructus aliquos expetatur? sitne aliquando mentiri boni viri? εἰ γαμητέον; εἰ πλευστέον cet. Quid quod scriptis quoque hae infinitae quaestiones tractatae sunt et ab Aristotele, et a Theophrasto, qui scripsit Θέσεων XXIV libros. Hac in re maximi momenti est Theophrasti suave illud et ornatum dicendi genus, quae caussa fuisse videtur, cur Demetrius Phalereus idem sequeretur. Qui praeter hanc disciplinam et exercitationem oratoriam Peripateticae philosophiae illam copiam doctrinae debuit, quam et Cicero et Quintilianus ad dicendum esse necessariam judicant. Nam quae Cicero (de Orat. lib. I.) ab oratore poscit, ut is de quacumque re dicere possit, multam pertractationem omnium rerum publicarum, legum, juris scientiam, naturae morumque humanorum cognitionem, ea omnia Peripatetici complectebantur et plus etiam, quum et grammaticam et mathematicam et musicam et physicam et historiam, alia profiterentur. Ita quod Cicero de Romano quodam oratore dicit (cfr. Brut. § 322), id bene ad Demetrium transferri potest: exquisitius studuit literis, quibus fons perfectae eloquentiae continetnr; philosophiam complexus est, matrem omnium benefactorum beneque dictorum; jus civile didicerat, rem ad privatas caussas et ad oratoris prudentiam maxime necessariam; memoriam rerum Atheniensium tenebat, ex qua ab inferis locupletissimos testes excitaret. Inde Demetrius Ciceroni vehementer placuit, praeter alia haec dicenti (de Off. I. 1.): „Et id quidem nemini video Graecorum adhuc contigisse, ut idem utroque in genere laboraret sequereturque et illud forense dicendi et hoc quietum disputandi genus, nisi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest.“ — Denique natura ad dicendum et indole hunc minime caruisse Quintilianus docet X. 1. 80: „Phalerea illum Demetrium

multum ingenii habuisse et facundiae fateor“; ad quam quum optima illa oratoria institutio et variae doctrinae copia accederet, quid defuisse putes, quin orator egregius evaderet?

Sed Demetrii aetas in ea tempora incidit, quae non solum summos oratores jamjam viderant, sed etiam iniqua erant eloquentiae. Quae cum in Demosthene summum fastigium assecuta esset, necesse erat ut rursus caderet. Itaque Demetrio nihil relictum erat, nisi ut occasum solis tanquam rubor coeli vespertini indicaret, quo exstincto nox alta terras solet obruere. Deinde Atheniensium civitas Demetrii aetate carebat libertate, qua sublata eloquentia florere non potest. Audiamus de hac re Ciceronem, judicem subtilissimum et acerrimum, qui immutatam eloquentiae formam describens in Brut. c. 9: „Haec, inquit, aetas (Demosthenis, Hyperidis etc.) effudit hanc copiam, et, ut opinio mea fert, succus ille et sanguis incorruptus usque ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor. Phalereus enim successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus quam palaestra itaque delectabat magis Athenienses quam inflammabat. Processerat enim in solem et pulverem non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti doctissimi hominis umbraculis. Hic primus inflexit orationem et eam mollem teneramque reddidit et suavis sicut fuit videri maluit quam gravis, sed suavitate ea, quae perfunderet animos, non quae perfringeret; tantum ut memoriam concinnitatis suae non (quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis) cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum, a quibus esset auditus.“ Igitur Demetrii non erat naturalis sed fucatus nitor, et carebat succo illo et sanguine incorrupto, qui in Demosthene, Aeschine, Hyperide, ceteris inerat. Horum eloquentiam paratam quasi et pugnacem nominare possumus, quoniam tanquam veri milites vera certamina cum adversariis inibant. Quorum Demetrius militarem ornatum imitatus est, sed armis et vestibus bellicis se induit non ad pugnam, sed ad pompam, non quo hosti terrorem injiceret, sed ut spectantes delectaret. Neque etiam aderat intra annos 325—307 a. Chr., quibus orationes habuit, adversarius, quocum manus consereret praevalente factione Macedonica, in qua Demetrius erat, vel sine certamine, deinde ipso per ultimos decem annos summum imperium Athenis obtinente. Quo tempore Atheniensium erat obedienter ejus imperata facere; quare si orationes ejus generis quod deliberativum vel judiciale vocatur habuit, hae pro benevoli animi signo erant habendae, quo speciem quandam libertatis, quae perierat, servaret et obsequium dulcius redderet eo, quod imperia et decreta orationibus vestiret tegeretque. — Faciunt huc verba Ciceronis (de Orat. II. 23): „Et ii, qui se ad caussas contulerunt, ut Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus aliique complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen sunt omnes in eodem veritatis imitandae genere versati, quorum quamdiu mansit imitatio, tamdiu genus illud dicendi studiumque vixit; postea quam exstinctis his omnis eorum memoria sensim obscurata est et evanuit, alia quaedam dicendi molliora ac remissiora genera viguerunt. Inde Democharis, quem ajunt sororis filium

fuisse Demostheni, tum Phalereus iste Demetrius omnium istorum mea sententia politissimus aliique eorum similes exstiterunt.“ Consentit cum Cicerone Quintilianus, qui (X. 1. 33.): „Dum in his, inquit, de quibus erit quaestio, meminerimus non athletarum toros, sed militum lacertos esse, nec versicolorem illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur uti, vestem bene ad forensem pulverem facere“. Quum igitur Demetrius pro temporum illorum ratione primus a veritate priorum oratorum recederet, „primus inclinasse eloquentiam“ dicitur a Quintiliano (X. 1. 80. cf. Cic. Brut. l. l.). Tamen tempora plus quam Demetrii exemplum ad eloquentiam ita immutandam valuisse videntur; et Demetrius nihilominus orator nominandus erit, quum qui post eum eloquentiae operam dederint, potius rhetores vel sophistae appellandi sint; ille paullum tantum retulit pedem, hi in aperta fuga conspiciuntur. Posterioris enim aetatis eloquentia non amplius ars est, sed opificium quoddam ac dexteritas futilis; devincitur enim tota argutissimis et minutissimis regulis, quas addiscere quisque potest et quas quo majore quis habilitate ad argumenta qualiacunque traducit, eo major habetur orator. Intelligitur inde hoc, de quo dicimus, tempore eloquentiae accidisse idem quod poësi apud Alexandrinos. Sed majorem vim ad eloquentiam conformandam exercuisse Demetrius judicandus foret, si certum esset, quod et Quintilianus confirmare dubitat (II. 4. 41): „Nam fictas, inquit, ad imitationem fori consiliorumque materias apud Graecos dicere circa Demetrium Phal. institutum fere constat. An ab ipso id genus sit inventum, ut alio quoque libro sum confessus, parum comperi; sed ne ii quidem, qui hoc fortissime affirmant, ullo satis idoneo auctore nituntur.“ Illae suasoriarum et controversiarum exercitationes, quae a Quintiliano dicuntur, quae vero a thesibus supra commemoratis diversae sunt, ad eloquentiam corrumpendam multum valuerunt, quum mox acuminis ostentandi caussa tam monstrosa et impedita argumenta tractari solerent, qualia in vita occurrere non possent, quod essent veri dissimillima. Sed Demetrium Athenis ad gubernaculum sedentem juvenibus ad dicendum instituendis operam navasse valde dubito, praesertim cum Quinctilianus rem dubiam relinquat.

His exponere voluimus, quo loco inter priorem et posteriorem eloquentiam Atticam Demetrius dignandus sit, qualis ipse appareat cum ceteris comparatus; jam ejus dicendi genus Ciceronis maxime testimonio describendum est. Eloquentiam autem primum in tria illa genera, Atticum, Rhodium, Asianum rhetores partiuntur. Demetrius inter Atticos numerandus est, non quidem inter exiles illos et tenues, qui posteris temporibus se solos Atticos esse falso putabant, sed inter veros et antiquos, quod Cicero indicat (Brut. 82) his verbis: „In quo etiam illud quaero, Phalereus ille Demetrius Atticene dixerit. Mihi quidem ex illius orationibus redolere ipsae Athenae videntur. At est floridior, ut ita dicam, quam Hyperides, quam Lysias; natura quaedam aut voluntas ita dicendi fuit.“ Alia eaque aptior divisio est in tria genera, grande vel grave, tenue vel subtile, et medium vel temperatum, quorum Demetrius tertio adscribendus est. Cic. Or. 27. §. 91 sqq.: „Uberius est aliquantoque robustius quam hoc humile, de quo dictum est, summissius autem

quam illud, de quo jam dicetur, amplissimum. Est enim plenius quam hoc enucleatum, quam autem illud ornatum copiosumque summissius. Huic omnia dicendi ornamenta conveniunt plurimumque est in hac oratione forma suavitatis. In qua multi floruerunt apud Graecos, sed Phalereus Demetrius meo judicio praestitit ceteris, cujus oratio cum sedate placideque loquitur, tum illustrant eam quasi stellae quaedam tralata verba atque immutata.— Haec enim (metonymiam dico, hypallagen, catachresin et allegoriam) frequentat Phalereus maxime suntque dulcissima; et quamquam translatio est apud eum multa, tamen immutationes nusquam crebriores. In idem genus orationis, loquor enim de illa modica ac temperata, verborum cadunt lumina omnia, multa etiam sententiarum, latae eruditaeque disputationes ab eodem explicantur et loci communes sine contentione dicuntur. — Est enim quoddam etiam insigne et florens orationis, pictum et expolitum genus, in quo omnes verborum, omnes sententiarum illigantur lepores. Hoc totum e sophistarum fontibus defluxit in forum.“ His Ciceronis verbis plena descriptio Demetrianae eloquentiae continetur, ut nihil fere addi opus sit. Huc etiam pertinent, quae aliis in locis supra allatis Cicero de Demetrio exponit: de Orat. II. 23: alia quaedam dicendi molliora ac remissiora genera etc.; Brut. 9.: delectabat magis Athenienses quam inflammabat, orationem mollem teneramque reddidit etc.; ibid. c. 82: At est floridior quam Hyperides, quam Lysias; de off. I. 1: orator parum vehemens, dulcis tamen; cf. Quint. X. 1. 33 et 80. — Itaque bene ad Demetrium transferri possunt quae Cicero (Brut. 80. § 276) de Calidio dicit: „Quodsi, inquit, est optimum suaviter dicere, nihil est quod melius hoc quaerendum putes. Sed quum a nobis paullo ante dictum sit tria videri esse, quae orator efficere deberet, ut doceret, ut delectaret, ut moveret, duo summe tenuit, ut et rem illustraret disserendo et animos eorum, qui audirent, devinciret voluptate. Aberat tertia illa laus, qua moveret et incitaret animos, quam plurimum pollere diximus, nec erat ulla vis atque contentio.“ Scilicet Demetrius coram populo dicebat, cujus judicandi aut decernendi potestas magnopere imminuta esset; quare illius non tam intererat, ut voluntatem moveret et ad consilia capienda incitaret, quam ut assensum plebis, favorem ac benevolentiam sibi conciliaret. — Actio Demetrii qualis fuerit, colligi potest ex his verbis Plutarchi (in vit. Demosth. 11): (Δημοσθένης) τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς ὑποκρινόμενος ἤρεσκε θαυμαστῶς· οἱ δὲ χαρίεντες ταπεινὸν ἡγοῦντο καὶ ἀγεννὲς αὐτοῦ τὸ πλάσμα καὶ μαλακὸν, ὃν καὶ Δημ. ὁ Φαλ. ἐστιν. Cui enim deforme, illiberale et indecorum esse visum est, animi ardore altius provehi, ejus actionem non animi plenam, sed sedatam et summissam fuisse plusque suavitatis quam virium habuisse recte judicabimus; itaque Demetrius eundem et in dicendi genere et in actione et in quotidiana vita se praebuit (cf. Athen. XII. p. 542. e.: ἠβούλετο γὰρ τὴν ὄψιν ἱλαρὸς καὶ τοῖς ἀπαντῶσιν ἡδὺς φαίνεσθαι). Etiam corporis eximia venustate fuit (Suid. s. v. Δημ.; Hesych. Miles. p. 16. Athen. XII. p. 542. e, XIII. p. 593. f.), quae res in oratore haud est spernenda. — Denique commemoretur Bernhardii mira sententia, quam in hist. lit. graec. I. p. 378 his verbis expressam fert: „Demetrius ist aber weder mit Quintilian der

letzte Redner der Attiker, noch überhaupt Redner zu heissen, da seine Schriftstellerei durchaus politischen und antiquarischen Inhalt hatte.“ Bernhardius non negabit, opinor, Demetrium orationes habuisse, et dignas quidem oratorio nomine, sed dixisse videtur, illum orationes non scripsisse, quod vero secus est. Nam et Diogenes Laërtius δημηγορίας Demetrii memorat (V. 5. 80) et Cicero ipsius orationes noverat quod colligo ex ejus verbis apud Brutum c. 82: Mihi quidem ex illius orationibus redolere ipsae Athenae videntur. Idem de Orat. c. 27 aliisque locis de Demetrio ita disserit, ut ipsum se Demetrii orationes legisse indicet.

Cap. II.

De Demetrii Phalerei scriptis.

„Qui vero utraque re excelleret, ut et doctrinae studiis et regenda civitate princeps esset, quis facile praeter hunc inveniri potest?“ hoc grave atque honorificum de Demetrio testimonium viri est eruditissimi, Ciceronis (de Legg. III. 6), qui aliis quoque in locis pari laude illius meminit, ut de Legg. II. 26: „Fuit enim hic vir, ut scitis, non solum eruditissimus, sed etiam civis e republica maxime tuendaeque civitatis peritissimus“; de Rep. II. 1: doctus vir Phalereus“; pro Rab. Posth. c. 9.: „Demetrium et ex republica Athenis et ex doctrina nobilem et clarum, qui Phalereus vocitatus est.“ (cf. Brut. c. 9.). Sed eadem communi omnium scriptorum Demetrius laude ornatur, ut Diog. Laërt. V. 5. 80: πλήθει δὲ βιβλίων καὶ ἀριθμῷ στίχων σχεδὸν ἅπαντας παρελήλακε τοὺς κατ' αὐτὸν Περιπατητικοὺς εὐπαίδευτος ὢν καὶ πολύπειρος παρ' ὀντινοῦν; Joseph. contr. Apion. II. init.: τὸν μὲν παιδείᾳ τῶν καθ' ἑαυτὸν διαφέροντα Δημήτριον; Tertull. Apologet. c. 18: Demetrii Phalerei grammaticorum probatissimi; Syncell. chronogr. p. 276. d: Δημητρίῳ τῷ Φαληρεῖ παρ' Ἕλλησιν ἀνδρὶ σπουδαίῳ καὶ πολυμαθεῖ etc. Ex his veterum testimoniis Demetrii doctrinam in primis copia et varietate excelluisse apparet, qua in re ut Theophrasti discipulus reliquorum Peripateticorum rationem secutus est, qui „cum studiis rerum naturalium mirabilium etiam et occultarum, cum arte historica geographicam, grammaticam, rhetoricam, poeticam, musicam ita conjungebant, ut schola Peripateticorum τῆς ἐγκυκλίου παιδείας prae reliquis omnibus veluti quoddam seminarium fuerit atque eodem numero habendi sint philologi et polyhistores et grammatici et Peripatetici“ (Lozynski Hermippi Smyrn. fragm. p. 12). Testes de Demetrio sunt ejus scripta, inter quae Diogenes Laërtius

(V. 5. 80. sqq.) non solum philosophica, proprie sic dicenda, recenset, sed etiam rhetorica, historica, grammatica, libros de antiquitatibus deque republica, carmina, epistolas. Reliquas, quae a Peripateticis tractari solebant, artes si scribendo non amplexus est, idcirco eas neglexisse minime putandus est. Sed quam multa et varia ejus doctrina fuit, tam altam eam et subtilem fuisse exploratum non habeo. Certe inter libros Demetrii scripta, quae abstrusiorum disciplinarum sint, ut logica, mathematica, metaphysica plane desiderantur neque eum arti vere historicae, quae majora quam doctrinam, industriam et sanam mentem requirit, operam dedisse existimo. Praeterea plurimi ejus libri, quod quidem ex titulis eorum intelligitur, easdem materias tractavisse videntur, in quibus ante eum Theophrastus et Aristoteles elaboraverunt, et in philosophia tantum abest, ut novi systematis auctor fuerit aut disciplinam Peripateticam longius provexerit, ut ne unum quidem, quod ipsius proprium sit, invenisse memoretur; quamobrem philosophicorum Demetrii scriptorum praecipua virtus oratione continebatur. Etiamsi vero iis libris, quos cum de rebus publicis, tum de forma, legibus, institutis civitatis Atheniensis conscripsit, rerum habita ratione plurimum tribuamus, in hoc non fallemur; nam et civitatis gerendae se peritissimum praestitit decenni ista administratione et leges Atheniensium ipse emendavit; ceterum optimos habuit fontes, unde antiquitatum Atticarum cognitionem hauriret. Porro singulari quodam studio et amore in Homericis carminibus versatus videtur Demetrius, quippe qui non solum publicas eorum et solennes recitationes Athenis instituerit et ab Eusthatio (ad Iliad. p. 1479) inter philomeros numeratus sit, sed etiam Homerum illustraverit commentariis, quos pro iis temporibus eximios fuisse suspicor.

Plerosque librorum ille, quum a publicis negotiis remotus esset, in Thebano et Aegyptiaco exsilio confecisse videtur, quod ex parte Cicero confirmat, qui de Fin. V. 9: „Princeps, inquit, hujus civitatis Phalereus Demetrius, quum patria pulsus esset injuria, ad Ptolemaeum se regem Alexandriam contulit. Qui quum in hac ipsa philosophia, ad quam te hortamur, excelleret Theophrastique esset auditor, multa praeclara in illo calamitoso otio scripsit, non ad usum aliquem suum, quo erat orbatus, sed animi cultus ille erat ei quasi quidam humanitatis cibus“. Habemus in hoc loco simul judicium honorificum de Demetrii scriptis; quae enim Ciceroni placebant, ea sane haud vilia putanda. Idem philosophicum quoque dicendi genus in Demetrio bene ita describit, ut eum disputatorem subtilem vocet (de Offic. I. 1). De dictione Demetrii praeterea Diog. La. V. 5. 82: χαρακτὴρ δὲ φιλόσοφος εὐτονίᾳ ῥητορικῇ καὶ δυνάμει κεκραμένος; igitur subtilis quidem oratio fuit, sed ut robore ac vi oratoria non careret essetque suavis, ornata, elegans.

Scripta ipsa Demetrii, quorum tam magnus numerus fuit, ut ille fere omnes Peripateticos ejusdem temporis ea in re superaret (Diog. La. V. 5. 80; Suid s. v. Δημήτριος), plane perdita sunt; quid, quod eorum index, quem Diog. La. V. 5. 80—81 asservavit, vitiosus est et mancus. (cf. Buhle de libris Aristot. deperditis in comment. societ. Gotting. XV. p. 57). Nam ut exemplum afferam, opus Demetrii ἀρχόντων ἀναγραφὴ in-

scriptum, quod Diogenes aliis in locis laudat, in indice deest et liber *περὶ νόμων* bis commemoratur. Nisi fallor, Diogenes indices scriptorum ex pluribus bibliothecarum catalogis compilasse putandus; quod quum etiam in scriptis Demetrii recensendis fecisse videatur propter librum illum bis commemoratum, aut libro *περὶ πίστεως* aut *περὶ εἰρήνης* novam seriem incipere suspicor. Ordo autem hujus indicis fere nullus cernitur. Genera scriptorum Suidas et Diog. La. perhibent; ille enim (s. v. Δημ.): *γέγραφε φιλόσοφά τε καὶ ἱστορικὰ καὶ πολιτικὰ καὶ περὶ ποιητῶν*, hic (V. 5. 80): *ὧν ἐστι τὰ μὲν ἱστορικά, τὰ δὲ πολιτικά, τὰ δὲ περὶ ποιητῶν, τὰ δὲ ῥητορικά, δημηγοριῶν τε καὶ πρεσβεῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ λόγων Αἰσωπείων συναγωγαί καὶ ἄλλα πλείω*, ubi mirum est, quod philosophica opera desiderantur. In ipso indice quae Diogenes nominat scripta cuncta quadraginta quatuor continentur; accedunt vero nonnulla, quae Demetrii esse vel certum vel verisimile est. Duo scripta, quae ejus nomine feruntur, infra non commemorata invenies, quoniam Phalereo haud dubie falso tribuuntur. Alterum enim librum, quem dicimus, *περὶ ἑρμηνείας* inscriptum, qui etiam num exstat, alius esse scriptoris Walzius in rhett. Graec. vol. IX. prolegg. p. III — VII. firmis argumentis demonstrat. Deinde Stephanus Byzantius s. v. *κορώπη* Demetrium Phalereum commentarios in Nicandrum composuisse narrat, quod aut mendum scripturae aut error Stephani est; nam Nicander ille circa annum 147 a. Chr. Demetrio dudum mortuo vixit, quare Demetrium Chlorum a Stephano intelligi viri docti conjecerunt. (cf. Fabric. biblioth. graec. IV. p. 346.)

Jam vero scripta, quae Demetrii Phalerei aut sunt aut esse videntur, recensere aggrediar adjungamque reliquias eorum, ita quidem, ut non justo editoris munere fungar, sed quales in scriptoribus invenerim, eas adscribam et passim tantum interpretationis caussa nonnulla, quae necessaria videantur, addam.

A. Scripta, quae ad antiquitates, historiam, rei publicae gerendae prudentiam pertinent.

Scriptorum ordinem ducunt

1. *περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας* libri V. In hoc opere Demetrius leges, jura, instituta publica Atheniensis civitatis perscripsisse videtur et copiose, ut numerus librorum docet, et accurate, quum ipse leges et jus Atticum, quo tempore Athenis praefuit, recensuerit et emendaverit. Fragm. I. Suid. s. v. *παράστασις*: *Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς ἐν τοῖς περὶ νομοθεσίας τοὺς διαιτητάς φησι λαχεῖν τὰς δραχμὰς μίαν μὲν ὑπὸ τῆς λήξεως ἣν παράστασιν ἐκάλουν, ἑτέραν δὲ καθ' ὑπωμοσίαν ἑκάστην.* Diaetetae igitur (ab iis, qui litem gerebant) et quum caussa institueretur et quotiescunque vadimonium proferebatur, drachmam accipiebant. cf. K. F. Hermann. Lehrbuch der griech. Staatsalterthümer. Heidelb. 1841. §. 145. Apud Harpocrat. et Photium, qui s. v. *παράστασις* eadem habent, pro verbo *λαχεῖν λαμβάνειν* legitur. — Fragm. II. Lexic. rhet. post Phot. Porson. p. 672 s. v.

κυρία ἐκκλησία: *Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς Ἀθηναίων νομοθεσίας..... πλεῖστα ἐχρημάτιζεν ἢ μέγιστα τῶν κοινῶν ἀλλ' ἐνῆν δεδεμένον φησὶν· εἰκότως δ' ἄν τις αὐτῷ ἐπιτιμήσειεν· εἰ γὰρ ἄν ποτε κυρίας ἐκκλησίας τοὺς νομίσαι ἐν ..... ἐμίσθουν.....* Prima quindecim fere literarum lacuna est, quae fortasse expletur verbis: *ἡ δὲ κυρία ἐκκλησία*; reliqua nimis depravata et mutilata sunt, quam quae intelligi possint. Ceterum *κυρία ἐκκλησία* prima legitimarum concionum vocabatur, quae quater intra spatium triginta quinque aut sex dierum habebantur. cf. K. F. Hermann griech. Staatsalt. § 128. — Fragm. III. Suid s. v. *Σκαφήφοροι*: *Δημήτριος γοῦν ἐν γ' νομοθεσίας φησὶν ὅτι προσέταττεν ὁ νόμος τοῖς μετοίκοις ἐν ταῖς πομπαῖς αὐτοὺς μὲν σκάφας φέρειν, τὰς δὲ θυγατέρας αὐτῶν ὑδρεῖα καὶ σκιάδεια.* Eadem apud Harpocr. et Photium s. v. *σκαφήφοροι*. De re cf. K. F. Herm. § 115. 10. — Fragm. IV. Harpocr. s. v. *ἕρκειος Ζεύς*: *ὅτι δὲ τούτοις μετῆν τῆς πολιτείας οἷς εἴη Ζεὺς ἕρκειος, δεδήλωκε καὶ Ὑπερίδης — καὶ Δημήτριος ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἀθήνησι νομοθεσίας.* cf. Herm. § 100. — Fragm. V. Schol. ad Aristoph. Nub. v. 37: *Δημήτριος δὲ ὁ Φαληρεὺς οὕτω φησί· καὶ δημάρχους οἱ περὶ Σόλωνα καθίσταντο ἐν πολλῇ σπουδῇ ἵνα οἱ κατὰ δῆμον διδῶσι καὶ λαμβάνωσι τὰ δίκαια παρ' ἀλλήλων.* Haec ita intelligenda esse puto ut demarchorum fuisse dicam decreta judiciorum exsequi, exceptis tamen capitalibus poenis, ut pignora capienda, bona damnatorum publicanda, mulctas exigendas, alia curarent. cf. Platner. Prozess u. Klage der Attiker I. p. 435 sqq. *Οἱ περὶ Σόλωνα* pro Clisthene dicuntur ex studio, ea, quae postero tempore instituta sunt, ad Solonem referendi. cf. Wachsmuth. hellen. Alterth. I. 1. §. 48. 20, II. 1. p. 32; K. F. Herm. §. 111. 5. — Fragm. VI. Plutarch. vit. Solon. 23: *λύκον δὲ τῷ κομίσαντι (Σόλων) πέντε δραχμὰς ἔδωκε, λυκίδα δὲ, μίαν, ὧν φησιν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος τὸ μὲν βοὸς εἶναι, τὸ δὲ προβάτου τιμήν.* — Fragm. VII. Lexic. rhet. post Phot. Pors. p. 673 s. v. *μὴ οὖσα δίκη*: *Δημ. ὁ Φαλ. ἐνίους λέγει τῶν κρινομένων κακοτεχνεῖν, τοῖς διώκουσιν ἀντιλαγχάνουσι*[1] *τὴν μὴ οὖσαν. δεῖ γὰρ τοὺς ὑπὲρ δέκα δραχμῶν ἀμφισβητοῦντας διαιτητεῖς*[2] *δέκα ἔτη*[3] *λαμβάνειν· διὸ καὶ ἐκεῖτο*[4] *νόμος μὴ εἰσάγεσθαι δίκην, εἰ μὴ πρότερον ἐξετασθείη παρ' αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα· ἐνίους δὲ ἀσθενὲς τὸ δίκαιον ἔχοντας καὶ δεδοικότας τὴν κατὰ δίαιταν, χρόνους ἐμβάλλειν καὶ σκέψεις οἵας δοκεῖν εἶναι εὐλόγους· καὶ τὸ μὲν πρῶτον παραγράφεσθαι· τὸ*[5]

---

1) Fortasse *ἀντιλαγχάνοντας* legendum est, quum antecedens *διώκουσιν* caussa corruptelae esse videatur.

2) Leg. *διαιτητὰς*.

3) In his verbis fortasse numerus diaetetarum latet aut ea significatio, apud quod genus eorum illa actio instituenda esset. Diversa est viri doctissimi Bergk sententia, quae supra statim afferetur.

4) Tempus Imperf. docet hanc enuntiationem ab excerptore aliunde interpositam esse, aut ex ejus animo Demetrii verba referri, aut *κεῖται* legendum est, quod falsus accentus lectionis *ἐκεῖτο* confirmare videtur.

5) Leg. *τὸ δὲ δεύτερον*.

ὑπόμνυσθαι νόσον ἢ ἀποδημίαν· καὶ τελευτῶντας ἐπὶ τὴν κυρίαν αὐτῆς διαίτης ἡμέραν οὐκ ἀπάντων τὰς,[6]) ὅπη δύνοντας[7]) ἀντιλαγχάνειν τὴν μὴ οὖσαν τῷ ἑλόντι, ὥστε ἐξ ὑπ' ἀρχῶν[8]) ἀκέραιον αὐτοῖς καθίστασθαι τὸν ἀγῶνα· κατ' ἐνίους δὲ ἡ ἀντίληξις οὕτως ἀντιλαχεῖν ἐξῆν· καὶ μετέγραψαν ἢ ὅλως ἐκ τῶν λόγων αὐτὴν ἀνεῖλον· τούτου δὲ αἴτιον ἡ τοῦ ἔθους ἔκλειψις· ἀνῄρηται γὰρ μετὰ τῶν διαιτητῶν ἡ ἀντίληξις· ἐξῆν δὲ ἀντιλαγχάνειν ἐντὸς ἡμερῶν δέκα.

Gravissimum hoc fragmentum de jurisdictione Attica Germanice ita interpretor. Demetrius der Phalerer sagt, dass manche Verklagte Chicane gebrauchen, indem sie gegen Contumacialurtheile Protest einlegen. Es müssen nämlich diejenigen, welche eine Klage im Werthe von mehr als 10 Drachmen führen, sich damit (zuerst) an (eine Section von 44) Diaeteten wenden, weshalb auch ein Gesetz (bestand) besteht, keine Klage vor einem ordentlichen Gerichtshofe anzustellen, wenn die Sache nicht zuvor bei diesen untersucht ist. Einige aber, deren Recht das schwächere ist und die sich vor der Entscheidung fürchten, suchen Aufschub und vernünftig scheinende (processhindernde) Einreden; und zwar sei das erste, Einrede zu thun (d. i. Gegenklage, dass der Kläger wider klares und unbezweifeltes Recht den Process anhängig mache und dass derselbe demnach gar nicht in das Gericht eingeführt werden könne), das zweite, Aufschub des Termins zu verlangen mittels eidlich zu erhärtender Angabe eines Abhaltungsgrundes, z. B. wegen Krankheit oder einer Reise, endlich erscheinen sie nicht auf dem anberaumten Termine und wenn der Kläger gewinne, legen sie auf jede mögliche Weise Protest gegen das Contumacialurtheil ein, damit der Process von neuem vorgenommen werde (restitutio in integrum). Hactenus Phalereus, nam quae sequuntur seriora tempora spectant. Sed extrema verba ἐξῆν δὲ κ. τ. λ. rursus ex Demetrio petita videntur. Ceterum vir doctissimus Bergk (Zeitschr. für Alterthumswiss. 1849. III. p. 267) in loco Photii praescripto legendum esse censet Δημ. ὁ Φαλ. ἐν δεκαετίᾳ ἐνίους λέγει, ut illud fragmentum ad alium librum Demetrii περὶ δεκαετίας inscriptum, de quo infra dicetur, pertineat, atque haec addit: „Das Bestreben des Demetrius war vorzugsweise darauf gerichtet, die alten Institute, unter denen Athen zu sittlicher Kraft und politischer Machtfülle sich erhoben hatte, möglichst wieder herzustellen: er mag die Bestimmung getroffen haben, dass jeder Privatprocess über 10 Drachmen zunächst vor die Diäteten gebracht werden müsse, indem er, was vor Alters in der Sitte bestanden hatte, als Gesetz fixirte. Er mag in dieser Schrift zugleich erwähnt haben, wie man diese Bestimmung eludirte und kam dabei auf die μὴ οὖσα δίκη zu sprechen. Der Grammatiker der dies nach Demetrius Berichte referirt, bedient sich dabei des Imperf. ἔδει und ἔκειτο, was eben auf das Gesetz Demetrius geht: dies war aber zur Zeit jenes Grammatikers mit dem gesammten Institut der Diäteten schon längst, vielleicht nicht allzulange nach Demetrius Zeit, gänzlich ausser Gebrauch gekommen.“ Denique de re judiciali supra explicata cf. K. F. Herm. §. 146, 145. 12, 144. 9, 141. 5, 145. 1; Platner I. p. 138. p. 396.

6) Leg. ἀπαντῶντας. 7) Leg. δύνανται. 8) Leg. ἐξ ὑπαρχῆς.

2. περὶ τῶν Ἀθήνησι πολιτῶν libri II, fortasse de civium Atheniensium numero, ordinibus, juribus et officiis, bonis, quaestus generibus, aliis ejusmodi rebus.

3. ἐκκλησία ἔνορκος, de heliaea Atheniensi (cf. Wachsmuth. I. 1. 245).

4. περὶ τῶν Ἰώνων liber, qui de Jonum antiquitatibus egisse videtur.

5. Χαλκιδικὸς liber utrum de Chalcide, Euboeae urbe, egerit, an de Chalcidice terra, an de Chalcide oppido, quod in hac situm fuit, incertum est. Magis ad historicum genus pertinet.

6. liber ἀρχόντων ἀναγραφὴ inscriptus, qui ad annalium rationem accedit. Nam ad archontum annos singula in eo exposita erant, nec solum res in civitate gestae, sed quum omnino quae memoria digna viderentur, tum multa, quae ad historiam ingenuorum studiorum atque artium pertinerent. — Fragm. VIII. Diog. La. I. 1.: καὶ πρῶτος (Θάλης) σοφὸς ὠνομάσθη ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου, καθ' ὃν καὶ οἱ ἑπτὰ σοφοὶ ἐκλήθησαν, ὥς φησι Δημήτριος ὁ Φαλ. ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ. — Fragm. IX. Diog. La. II. 3. 3: ἤρξατο δὲ (Anaxagoras) φιλοσοφεῖν Ἀθήνησιν ἐπὶ Καλλίου ἐτῶν εἴκοσιν ὤν, ὥς φησι Δημ. ὁ Φαλ. ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ. Fragm. X. Marcellin. in vit. Thucyd. §. 32: ἀλλὰ δῆλον ὅτι κάθοδος ἐδόθη τοῖς φεύγουσιν, ὡς Φιλόχορος λέγει καὶ Δημήτριος ἐν τοῖς ἄρχουσιν. Intelligendum est tempus, quod finem Peloponnesiaci belli statim secutum est (cf. Krüger. Untersuchungen über das Leben des Thucyd. p. 53). — Fragm. XI. Diog. La. II. 5. 23: ἐτελεύτησε δὲ (Σωκράτης) τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐννενηκοστῆς πέμπτης ὀλυμπιάδος γεγονὼς ἐτῶν ἑβδομήκοντα· καὶ ταῦτά φησι καὶ Δημ. ὁ Φαλ. Possunt haec etiam ad librum Demetrii Σωκράτης sive Σωκράτους ἀπολογία inscriptum referri. — Fragm. XII. Plutarch. Aristid. c. 5. p. 293: καίτοι φησὶν ὁ Φαλ. Δημ. ἄρξαι τὸν ἄνδρα (Ἀριστείδην) μικρὸν ἔμπροσθεν τοῦ θανάτου μετὰ τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην. Aliter Plutarchus, qui Aristidem statim post pugnam ad Marathonem commissam archontem fuisse statuit. —

7. περὶ δεκαετίας. Hunc librum de obsidionis Trojanae decennio, quomodo Menagius vult, egisse non puto, sed, ut alii jam animadverterunt, de Demetrii ipsius decenni reipublicae Atheniensis administratione. Strabo enim IX. p. 398 dicit: Δημ. τοῦ Φαλ. — ὃς οὐ μόνον οὐ κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν ἀλλὰ καὶ ἐπηνώρθωσε· δηλοῖ δὲ τὰ ὑπομνήματα ἃ συνέγραψε περὶ τῆς πολιτείας ταύτης ἐκεῖνος. Fortasse conviciis aequalium v. c. Democharis Demetrius incitatus est ad hunc librum componendum, qui apologiae quasi loco esset. — Fragm. XIII. Diog. La. V. 5. 82: Οὗτος (Dem. Phal.) ἀκούσας ὅτι τὰς εἰκόνας αὐτοῦ κατέστρεψαν οἱ Ἀθηναῖοι· ἀλλ' οὐ τὴν ἀρετήν, ἔφη, δι' ἣν ἐκείνας ἀνέστησαν. (cf. Dr. Christ. Ostermanni comment. de Dem. Phal. vita etc. Hersfeld. 1847. p. 50 et p. 61). Haec dicterii quidem formam habent; sed formam Diogenis esse puto, verba ipsa ex Demetrii scriptis excerpta; quod quum de omnibus ejus bonis dictis, quae apud Diog. La. V. 5. 82 leguntur, censeam, cetera quoque tanquam fragmenta suo loco proponam. Ille for-

tasse sic scripserat: τὰς μὲν εἰκόνας ἐμοῦ κατέστρεψαν οἱ Ἀθηναῖοι, ἀλλ'οὐ τὴν ἀρετὴν, δι' ἣν ἐκείνας ἀνέστησαν, quae verba argumento libri περὶ δεκαετίας bene congruere videntur. — Fragm. XIV. Cicero de Legg. II. 25 — 26 (64 — 66): „Postea cum, ut scribit Phalereus, sumtuosa fieri funera et lamentabilia coepissent, Solonis lege sublata sunt. [Sequitur institutorum Solonis perscriptio, deinde haec:] Sed ait rursus idem Demetrius, increbruisse eam funerum sepulcrorumque magnificentiam, quae nunc fere Romae est. Quam consuetudinem lege minuit ipse. — Iste igitur sumtum minuit non solum poena, sed etiam tempore. Ante lucem enim jussit efferri. Sepulcris autem novis finivit modum. Nam super terrae tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis ne altiorem aut mensam aut labellum et huic procurationi certum magistratum praefecerat." cf. Dr. Ostermanni comment. de Dem. Phal. p. 39.

8. Πτολεμαῖος. Hoc libro, ut videtur, Demetrius res a Ptolemaeo Lagi filio praeclare gestas depinxit aut fuit dialogus philosophicus sicut ii libri, qui apud Diog. La. sequuntur, Phaedondas, Maedon, Cleon, Aristomachus, Artaxerxes, Aristides, quorum nonnullos, ut Artaxerxem, rursus non minor suspicio est vitas virorum, quorum nominibus inscripti sunt, continuisse.

9. Προοίμιον ἱστορικόν.

10. Πρεσβευτικός opus erat opinor historicum, quo memorabiles legationes tractavit; aut sunt orationes in legationibus habitae; quod confirmare videtur Diogenes Laertius, ubi varia scriptorum Demetrii genera refert, verbis τὰ δὲ ῥητορικὰ, δημηγοριῶν τε καὶ πρεσβειῶν, aut inerant praecepta de legationibus. Ad hunc librum fortasse referri licet, quae auctor libri περὶ ἑρμηνείας et Gregorius Corinthius de Demetrio legato narrant. (cf. Ostermanni comment. p. 25).

11. περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον. Apud. Diog. La. quidem liber ita inscriptus non memoratur, sed a Demetrio talem conscriptum fuisse suspicor e duobus his locis conjungendis. Tertull. Apologet. 19: „Reseranda antiquissimarum etiam gentium archiva, Aegyptiorum, Chaldaeorum, Phoenicum, advocandi muncipes eorum, per quos notitia subministrata est, aliqui Manethon Aegyptius, Berosus Chaldaeus sed et Iromus Phoenix, Tyri rex, sectatores quoque eorum Mendesius Ptolemaeus et Menander Ephesius et Demetrius Phalereus et rex Juba et Apion et Phallus." Ex hoc loco recte colligi videtur Demetrium aut de Aegyptiorum aut de Chaldaeorum aut de Phoenicum antiquitate scripsisse, quum vero ille diutius in Aegypto versatus sit, veri simillimum est, eum non Chaldaeorum aut Phoenicum, sed Aegyptiorum discendae antiquitati studuisse, ad quam cognoscendam vel intuendis priscorum temporum monumentis haud dubie incitabatur. Quum igitur Demetrius ex loco Tertulliani historiam praecipue antiquissimam Aegyptiorum scripsisse, sed neque Πτολεμαῖος, neque alius liber in indice Diogenis memoratus tale argumentum tractasse videatur, vestigium tituli, quem Tertullianus non prodit, aliunde repetendum circumspicere debemus, quod in Athenaeo reperisse mihi videor. Is enim in libr. XV. p. 680, 6. Demetrium

auctorem libri περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον nominat, quem Phalereo assignandum puto, quum inter reliquos Demetrios nullus sit, qui librum ita inscriptum composuisse feratur. Athenaei verba haec sunt: Δημήτριος δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον περὶ Ἄβυδον πόλιν τὰς ἀκάνθας ταύτας εἶναί φησι γράφων οὕτως· Ἔχει δὲ καὶ ὁ κάτω τόπος καὶ ἄκανθάν τινα δένδρον ὁ τὸν καρπὸν φέρει στρογγύλον ἐπί τινων κλωνίων περιφερῶν, ἀνθεῖ δ' οὗτος ὅταν ὥρα ᾖ, καὶ ἐστὶ τῷ χρώματι τὸ ἄνθος καλλιφεγγές. Abydum etiam Aegypti oppidum fuisse Strabo XVII. 813 et acanthum in Aegypto provenire Herodot. II. 96. affirmat. Ceterum fragmentum illud in numero Demetrianorum proponere nolui, quoniam res non satis certa est. Fortasse etiam ille Demetrius, quem Plinius in Hist. Nat. 36. 17. auctorem de pyramidibus affert, idem noster Phalereus est.

12. περὶ Ἰουδαίων. A Diogene quidem hic liber non commemoratur, sed esse eum Demetrii ex his locis colligo. Joseph. contra Apion. II. 23: οὐ γὰρ ἔγωγε πᾶσιν ἐντετύχηκα τοῖς βιβλίοις οὐ παρεργῶς ἡμῶν ἐμνημονεύκασι· οἱ πολλοὶ δὲ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν τῆς μὲν ἀληθείας τῶν ἐξαρχῆς πραγμάτων διήμαρτον, ὅτι μὴ ταῖς ἱεραῖς ἡμῶν βίβλοις ἐνέτυχον. κοινῶς μέντοι περὶ τῆς ἀρχαιότητος ἅπαντες μεμαρτυρήκασιν, ὑπὲρ ἧς τὰ νῦν λέγειν προεθέμην. ὁ μέντοι Φαληρεὺς Δημήτριος καὶ Φίλων ὁ πρεσβύτερος καὶ Εὐπόλεμος οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διήμαρτον, οἷς συγγιγνώσκειν ἄξιον· οὐ γὰρ ἐνῆν αὐτοῖς μετὰ πάσης ἀκριβείας τοῖς ἡμετέροις γράμμασι παρακολουθεῖν (Eadem inde a verbis: ὁ μέντοι apud Euseb. praepar. evang. IX. 42). Euseb. hist. eccles. VI. 13 Clemens Alexandrinus meminisse dicitur Φίλωνος καὶ Ἀριστοβούλου Ἰωσήπουτε καὶ Δημητρίου καὶ Εὐπολέμου Ἰουδαίων συγγραφέων. Clemens Alex. Strom. I. p. 337: Δημήτριος δέ φησιν ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων κ. τ. λ. Eundem scriptorem in his locis dici veri simile est, sed complures viri docti non Phalereum esse, sed alium Demetrium Judaeum censuerunt; quorum primus Valkenarius in diatribe de Aristob. Jud. p. 18 propter Eusebii illud Ἰουδαίων συγγραφέων. Sed hoc ex Eusebiana dicendi ratione etiam scriptorem de Judaeis significare potest; Eupolemus vero, qui inter illos Ἰουδαίους συγγραφεῖς nominatur, non fuit gente Judaeus (cf. Kuhlmey Eupolemi fragm. Berol. 1840. p. 19 — 26). Neque Josephi testimonium ea ratione, qua Rauch de Alexandro Polyhistore. Heidelb. 1843. p. 25. conatus est, dilui potest. Is enim ex Josephi loco hunc illos scriptores obiter tantum tetigisse, neque accuratius inspexisse colligit. At Josephus non dicit se omnes haud novisse, sed se haud omnes novisse, opponitque eos quorum magnam partem non legerit et qui sacras scripturas ignoraverint Demetrio Phalereo, Philoni, Eupolemo, qui cognitas eas habuerint quamquam non μετὰ πάσης ἀκριβείας; ac Josephum ipsos illos scriptores Demetrium Phal., Philonem, Eupolemum accuratius cognovisse judicium ejus de his ostendit. Denique sunt, qui Demetrium eam ob caussam Phalereum non esse contendant, quod ab ipso Ptolemaei quarti in l. l. Clementis mentio fiat, sed apud Clementem si annorum numeros examinamus, rationem ceteroquin satis accurate convenientem in eo ipso non constare intelligimus, quod ab exilio regni Israel usque ad Ptolemaeum quartum 573 anni esse dicuntur, quum 501

tantum fuerint. Quare ut annorum numero ita nomini regis Aegyptii, sive Clementis sive codicum errore, vitium esse illatum videtur; quae sententia si non probabilis videbitur, ea ratio relinquitur, ut Demetrium Clementis ab eo, quem Josephus expresse Phalereum appellet, diversum esse statuamus. Omnino vero ab ingenio et studiis hujus Demetrii minime abhorret, quod eum Judaeorum antiquitatibus cognoscendis et perscribendis diximus operam dedisse, praesertim quum Alexandriae, ubi ille perdiu versatus est, multi Judaei habitarent opibus et honore florentes, quumque idem Phalereus sacra Judaeorum scripta in Graecam linguam transferenda curaverit. Qui in libro περὶ Ἰουδαίων maxime temporum ordini definiendo studuit et praecipue antiquissimam Judaeorum historiam tractasse videtur, quod ex reliquiis apparet. Reperiuntur enim in Eusebii praepar. evang. lib. IX. tria fragmenta ex opere Demetrii servata, qui quamvis suo cognomine non appelletur, tamen haud dubie Phalereus est, quia in eodem Eusebii libro nono (c. 42) expresse Phalereus Demetrius de antiquissima historia Judaeorum scripsisse dicitur. Fragm. XV. Euseb. praep. evang. IX. 21: *Δημήτριός φησι τὸν Ἰακὼβ γενόμενον ἐτῶν ἑβδομήκοντα πέντε φυγεῖν εἰς Χαρρὰν τῆς Μεσοποταμίας ἀποσταλέντα ὑπὸ τῶν γονέων διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν κρυφίαν ἔχθραν Ἡσαῦ διὰ τὸ εὐλογῆσαι αὐτὸν πατέρα δοκοῦντα εἶναι τὸν Ἡσαῦ καὶ ὅπως λάβῃ ἐκεῖθεν γυναῖκα. Ἀφορμῆσαι οὖν τὸν Ἰακὼβ εἰς Χαρρὰν τῆς Μεσοποταμίας τὸν μὲν πατέρα καταλιπόντα Ἰσαὰκ ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα ἑπτά, αὐτὸν δὲ ὄντα ἐτῶν ἑβδομήκοντα ἑπτά. Διατρίψαντα οὖν αὐτὸν ἐκεῖ ἑπτὰ ἔτη Λάβαν τοῦ μητρώου δύο θυγατέρας γῆμαι, Λείαν καὶ Ῥαχήλ, ὄντα ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσάρων. καὶ γενέσθαι ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν ἄλλοις αὐτῷ παιδία ιβ΄· ὀγδόῳ μὲν ἔτει μηνὶ δεκάτῳ Ῥουβὶν· καὶ τῷ ἔτει δὲ τῷ ἐννάτῳ μηνὶ ὀγδόῳ Συμεών· καὶ τῷ ἔτει δὲ τῷ δεκάτῳ μηνὶ ἕκτῳ Λευίν· τῷ ἑνδεκάτῳ ἔτει μηνὶ τετάρτῳ Ἰούδαν. Ῥαχὴλ τε μὴ τίκτουσαν ζηλῶσαι τὴν ἀδελφὴν καὶ παρακομίσαι τῷ Ἰακὼβ τὴν ἑαυτῆς παιδίσκην Ζελφὰν τῷ αὐτῷ χρόνῳ ᾧ καὶ Βάλλαν συλλαβεῖν τὸν Νεφθαλεὶμ τῷ ἐνδεκάτῳ ἔτει μηνὶ πέμπτῳ καὶ τεκεῖν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει μηνὶ δευτέρῳ υἱὸν ὃν ὑπὸ Λείας Γὰδ ὀνομασθῆναι· καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς τοῦ αὐτοῦ ἔτους καὶ μηνὸς δωδεκάτου ἕτερον τεκεῖν ὃν καὶ αὐτὸν προσαγορευθῆναι ὑπὸ Λείας Ἀσήρ. Καὶ Λείαν πάλιν ἀντὶ τῶν μήλων τῶν μανδραγόρου ἃ Ῥουβὶν εἰσενεγκεῖν παρὰ Ῥαχὴλ συλλαβεῖν ἐν γαστρὶ καὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ τὴν παιδίσκην αὐτῆς Ζελφάν τῷ δωδεκάτῳ ἔτει μηνὶ τρίτῳ καὶ τεκεῖν τοῦ αὐτοῦ ἔτους μηνὸς δωδεκάτου υἱὸν καὶ ὄνομα αὐτῷ θέσθαι Ἰσσαχάρ. Καὶ πάλιν Λείαν τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει μηνὶ δεκάτῳ υἱὸν ἄλλον τεκεῖν ᾧ ὄνομα Ζαβουλὼν καὶ τὴν αὐτὴν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἔτει μηνὶ ὀγδόῳ τεκεῖν υἱὸν ὄνομα Δάν.* Sed longum est reliqua hic apponere. Haec narratio (de qua cf. Genesis c. 28 sqq.), quod bene animadvertendum est, non ipsis Demetrii verbis expressa, sed talis est, qualem Alexander Polyhistor ex ejus opere excerpserat. Idem de sequentibus duobus fragmentis dicendum. Insunt vero, quae sacrae scripturae repugnent. Sic secundum Genes. 30. 5—6 Dan fuit filius Ballae, secundum Demetrium Lea natus, secundum Genesin Dan major natu fuit, quum Demetrius eum multo post Zabulonem natum esse dicat etc. Etiam haec res argumento esse potest auctorem hujus libri non fuisse genuinum Judaeum. — Fragm. XVI.

Euseb. praep. evang. IX. 29: *Δημήτριος δὲ περὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ Αἰγυπτίου καὶ τῆς διαφορᾶς τῆς πρὸς τὸν μηνύσαντα τὸν τελευτήσαντα ὁμοίως τῷ τὴν ἱερὰν βίβλον γράψαντι ἱστόρησε· φυγεῖν μέντοιγε τὸν Μωσῆν εἰς Μαδιὰν καὶ συνοικῆσαι ἐκεῖ τῇ Ἰοθὼρ θυγατρὶ Σεπφώρᾳ, ἣν εἶναι, ὅσα στοχάζεσθαι ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, τῶν γενομένων ἐκ Χεττούρας· ἐκ δὲ τοῦ Ἰεζὰν γενέσθαι Δαδάν· ἐκ δὲ Δαδὰν Ῥαγουὴλ· ἐκ δὲ Ῥαγουὴλ Ἰοθὼρ καὶ Ἀβιὰβ· ἐκ δὲ τοῦ Ἰοθὼρ Σεπφώραν ἣν γῆμαι Μωσῆν. Καὶ τὰς γενεὰς δὲ συμφωνεῖν, τὸν γὰρ Μωσῆν εἶναι ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕβδομον, τὴν δὲ Σεπφώραν ἕκτην. Συνοικοῦντος γὰρ ἤδη τοῦ Ἰσαὰκ, ἀφ' οὗ Μωσῆν εἶναι, γῆμαι Ἀβραὰμ τὴν Χεττούραν ὄντα ἐτῶν ρμ΄ καὶ γεννῆσαι Ἰσαὰρ ἐξ αὐτῆς δεύτερον· τὸν δὲ Ἰσαὰκ ὄντα ἐτῶν ἑκατὸν γεννῆσαι. Ὥστε μβ΄ ἐτῶν ὕστερον γεγονέναι τὸν Ἰσαὰρ· ἀφ' οὗ τὴν Σεπφώραν γεγενεαλογῆσθαι. Οὐδὲν οὖν ἀντιπίπτει τὸν Μωσῆν καὶ τὴν Σεπφώραν κατὰ τοὺς αὐτοὺς γεγονέναι χρόνους. Κατοικεῖν δ' αὐτοὺς Μαδιὰμ πόλιν ἣν ἀπὸ ἑνὸς τῶν Ἀβραὰμ παίδων ὀνομασθῆναι. Φησὶ γὰρ τὸν Ἀβραὰμ τοὺς παῖδας πρὸς ἀνατολὰς ἐπὶ κατοικίαν πέμψαι· διὰ τοῦτο δὲ καὶ Ἀαρὼν καὶ Μαριὰμ εἰπεῖν ἐν Ἀσηρὼθ Μωσῆν Αἰθιοπίδα γῆμαι γυναῖκα.* cf. Exod. c. 2 sqq. — Fragm. XVII. Euseb. praep. evang. IX. extr. (p. 445. d.): *Ἐκεῖθεν ἦλθον ἡμέρας τρεῖς, ὡς αὐτός τε ὁ Δημήτριος λέγει καὶ συμφώνως τούτῳ ἡ ἱερὰ βίβλος. Μὴ ἔχοντα δὲ ὕδωρ ἐκεῖ γλυκὺ, ἀλλὰ πικρὸν, τοῦ Θεοῦ εἰπόντος ξύλον τι ἐμβαλεῖν εἰς τὴν πηγὴν καὶ γενέσθαι γλυκὺ τὸ ὕδωρ. Ἐκεῖθεν δὲ εἰς Ἐλεὶμ ἐλθεῖν καὶ εὑρεῖν ἐκεῖ δώδεκα μὲν πηγὰς ὑδάτων, ἑβδομήκοντα δὲ στελέχη φοινίκων.* cf. Exod. 15. 22—25; 16. 1. — Clem. Alexandr. Strom. I. p. 337: *Δημήτριος δέ φησιν ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων τὴν Ἰούδα φυλὴν καὶ Βενιαμὶν καὶ Λευὶ μὴ αἰχμαλωτισθῆναι ὑπὸ τοῦ Σεναχηρεὶμ· ἀλλ' εἶναι ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας ταύτης εἰς τὴν ἐσχάτην ἣν ἐποιήσατο Ναβουχοδονόσορ ἐξ Ἱεροσολύμων ἔτη ἑκατὸν εἴκοσιν ὀκτὼ, μῆνας ἕξ· ἀφ' οὗ δὲ αἱ φυλαὶ αἱ δέκα ἐκ Σαμαρείας αἰχμάλωτοι γεγόνασιν ἕως Πτολεμαίου τετάρτου ἔτη πεντακόσια ἑβδομήκοντα τρία, μῆνας ἐννέα· ἀφ' οὗ δὲ ἐξ Ἱεροσολύμων ἔτη τριακόσια τριάκοντα ὀκτὼ, μῆνας τρεῖς.* Titulo περὶ τῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ βασιλέων fortasse pars aliqua libri περὶ Ἰουδαίων inscripta fuit. Sed illud fragmentum ex Clemente allatum, cujus etiam supra mentio facta est, Phalerei Demetrii esse affirmare non audeo.

13. περὶ πολιτικῆς libri II. Ad hoc scriptum fortasse pertinet fragm. XVIII. Cic. de Offic. II. 17: „et Phalereus Demetrius, qui Periclem principem Graeciae vituperat, quod tantam pecuniam in praeclara illa propylaea conjecerit.“ Sed ea quoque conjectura probabilis videtur, Demetrium illa in libro περὶ δεκαετίας scripsisse eo loco, quo de sua aerarii cura egerit. — Fragm. XIX. Diog. La. V. 5. 82: *ὅσον ἐν πολέμῳ δύνασθαι σίδηρον, τοσοῦτον ἐν πολιτείαις ἰσχύειν λόγον.*

14. περὶ νόμων. In hoc libro Demetrius aut de variis legibus aliarum civitatum aut universe de legibus exposuisse videtur.

15. ὑπὲρ τῆς πολιτείας, pro temperata democratia (cf. Hermann. griech. Staatsalt. §. 52. 14).

16. περὶ εἰρήνης. Peripatetici in civitatibus ante omnia pacem sustentandam esse cen-

sebant et propter hanc solam bella armaque esse. Fragm. XX. Plutarch. Lycurg. c. 23: ὁ δὲ Φαληρεὺς Δημήτριος οὐδεμίας ἀψάμενον πολεμικῆς πράξεως ἐν εἰρήνῃ καταστήσασθαι τὴν πολιτείαν (sc. Lycurgum.)

17. περὶ δημαγωγίας libri duo.

18. περί τοῦ τόκου, de usura sive de fenore. Vulgo quidem apud Diog. La. περὶ τοῦ δοκοῦ legitur, sed quum Demetrius neque de trabe neque περὶ δόκου, i. e. de opinione, quae usitatiore vocabulo δόκησις dici solebat, scripsisse videatur, ex Holstenii conjectura τόκου legendum esse censeo.

19. στρατηγικῶν libri duo, de re militari vel de munere et arte imperatoris, nisi forte Demetrius res quasdam a belli ducibus praeclare gestas, ita ut postea Polyaenus, in illo opere narravit. Moneo Demetrium ipsum, quum Poliorcetes Piraeeum oppugnaret, proelio ducem interfuisse. — Fragm. XXI. Polyb. X. 22: Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἕως λόγου τὸ τοιοῦτον ὑπέδειξε φήσας ὅτι, καθάπερ ἐν οἰκοδομίαις ἐὰν κατὰ μίαν πλίνθον θῇς καὶ καθ' ἕνα δεσμὸν καὶ καθ' ἕνα δόμον ἐπιμελείας τύχῃ τὸ παραῤῥαγὲν, οὕτως ἐν στρατοπέδῳ τὸ κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ λόχον ἀκριβωθὲν ὅλην ποιεῖ τὴν δύναμιν ἰσχυράν. — Fragm. XXII. Polyb. excerpt. l. 34—37. 2 (A. Mai II. p. 444): ἔνστασις γὰρ πολέμου κατὰ τὸν Δημήτριον δικαία μὲν δοκοῦσα εἶναι καὶ τὰ νικήματα ποιεῖ μείζω καὶ τὰς ἀποτεύξεις ἀσφαλεστέρας· ἀσχήμων δὲ καὶ φαύλη τἀναντία ἐνεργάζεται.

B. Opera philosophica.

Philosophiae titulus, si altiorem et sublimiorem vocis vim spectes, quamquam non aptus videri potest ad omnes libros qui mox memorabuntur comprehendendos, nihilominus usum vulgarem sequi juvat, ex quo etiam earum rerum tractatio, quae non tam sub oculos cadant quam meditatione et commentatione percipiantur, quae ad animum et ad universam hominum vitam pertineant, philosophiae nomine designatur. Initium hujus philosophicae classis faciat

20. προτρεπτικὸς liber, qui praestantiam et utilitatem philosophiae descripsisse videtur, quo homines ad ejus studium impellerentur.

21. Φαιδώνδας, 22. Μαίδων, 23. Κλείων, 24. Ἀριστόμαχος, 25. Ἀρταξέρξης, 26. Ἀριστείδης, 27. Διονύσιος. Hi septem libri virorum nominibus inscripti dialogi philosophici fuisse videntur, quamvis nonnullos potius vitas tractavisse conjicere possis. Phaedondas Thebanus aut Cyrenaeus Socratis discipulus fuit (Plat. Phaed. 59; Xenoph. Memorab. I. 2. 48). Maedon quis fuerit nescio, fortasse Μέδων legendum est, quod nomen Oilei, Codri, Pyladis filii, vir quidam Zenonis aequalis et multi alii gesserunt. Cleonis nomine utrum vir ille popularis an is, cujus libidini Demetrius ipse serviisse fertur (Diog. La. V. 5. 76),

intelligendus sit, dubium est. Aristomachus fortasse is, qui Lyconis amicus fuit, igitur Demetrii aequalis. Aristides opinor dialogus de justitia fuit. Nam si illud scriptum vitam Aristidis continuisset, Plutarchus ea quae de vita clarissimi istius viri ex Socrate Demetrii citat, potius ex ejus Aristide petiisset, in quo eadem et uberius narrari necesse erat. Dionysius is esse videtur, ad quem Plato et alii philosophi profecti sunt, qui κατέβίωσεν ἀπορούμενος ἐν Κορίνθῳ (Diod. Sic. XVI. 70. p. 137) ibique μητραγυρτῶν καὶ τυμπανοφορούμενος οἰκτρῶς τὸν βίον κατέστρεψεν (Athen. XII. p. 541), cujus etiam luxuria famosa fuit.

28. Σωκράτης. Idem est liber, qui a Diog. La. IX. 1. 10. et aliis in locis Σωκράτους ἀπολογία inscriptus memoratur, quare de argumento illius libri dubitatio esse non potest. Fragm. XXIII. Diog. La. IX. 1. 10: Μέμνηται αὐτοῦ (Heracliti) καὶ ὁ Φαληρεὺς Δημ. ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ. — Fragm. XXIV. Diog. La. IX. 9. 1: Τοῦτόν (Diogenem Apolloniatem) φησιν ὁ Φαλ. Δημ. ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ διὰ μέγαν φθόνον μικροῦ κινδυνεῦσαι Ἀθήνησι. — Fragm. XXV. Diog. La. IX. 7. 5: Δημ. δὲ ὁ Φαλ. ἐν τῇ Σωκράτους ἀπολογίᾳ μηδὲ ἐλθεῖν φησιν αὐτὸν (Democritum) εἰς Ἀθήνας. — Fragm. XXVI. Plutarch. vit. Aristid. 1. p. 287: πρὸς δὲ τοῦτον τὸν λόγον (Aristidem pauperem fuisse) ὑπὸ πολλῶν εἰρημένον ἀντιτασσόμενος ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἐν τῷ Σωκράτει χωρίον τε Φαληροῖ φησι γινώσκειν Ἀριστείδου λεγόμενον ἐν ᾧ τέθαπται· καὶ τεκμήρια τῆς περὶ τὸν οἶκον εὐπορίας ἓν μὲν ἡγεῖται τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν ἣν ἦρξε τῷ κυάμῳ λαχὼν ἐκ τῶν γενῶν τῶν τὰ μέγιστα τιμήματα κεκτημένων οὓς πεντακοσιομεδίμνους προσηγόρευον· ἕτερον δὲ, τὸν ἐξοστρακισμὸν, οὐδενὶ γὰρ τῶν πενήτων, ἀλλὰ τοῖς ἐξ οἴκων τε μεγάλων καὶ διὰ γένους ὄγκον ἐπιφθόνων ὄστρακον ἐπιφέρεσθαι· τρίτον δὲ καὶ τελευταῖον, ὅτι νίκης ἀναθήματα χορηγικοὺς τρίποδας ἐν Διονύσου κατέλιπεν οἳ καὶ καθ' ἡμᾶς ἐδείκνυντο τοιαύτην ἐπιγραφὴν διασώζοντες· Ἀντιοχὶς ἐνίκα, Ἀριστείδης ἐχορήγει, Ἀρχέστρατος ἐδίδασκε. — Ibid. p. 289: εἰ δὲ μετὰ τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχην ἦρχεν (Ἀριστείδης), ὡς αὐτὸς ὁ Δημήτριος γέγραφε κ. τ. λ. — Ex hoc fragmento etiam de historica virtute Demetrii concludi potest, quum eum non temere aliorum auctoritatem sequi sed acriter eorum narrationes examinare videamus. — Fragm. XXVII. Plut. Aristid. c. 1. p. 289: ἀλλὰ γὰρ ὁ Δημήτριος οὐ μόνον Ἀριστείδην ἀλλὰ καὶ Σωκράτη δῆλός ἐστι τῆς πενίας ἐξελέσθαι φιλοτιμούμενος ὡς μεγάλου κακοῦ. καὶ γὰρ ἐκείνῳ φησὶν οὐ μόνον γῆν οἰκείαν ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ μνᾶς ἑβδομήκοντα τοκιζομένας ὑπὸ Κρίτωνος. — Fragm. XXVIII. Plut. Aristid. c. 27. p. 325: Δημήτριος δ' ὁ Φαληρεὺς καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος καὶ Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς καὶ Ἀριστοτέλης — ἱστοροῦσι Μυρτὼ Θυγατριδῆν Ἀριστείδου Σωκράτει τῷ σοφῷ συνοικῆσαι γυναῖκα μὲν ἑτέραν ἔχοντι, ταύτην δ' ἀναλαβόντι χρεύουσαν διὰ πενίαν καὶ ἀναγκαίων ἐνδεομένην. πρὸς μὲν οὖν τούτοις ἱκανῶς ὁ Παναίτιος ἐν τοῖς περὶ Σωκράτους ἀντείρηκεν· ὁ δὲ Φαληρεὺς ἐν τῷ Σωκράτει φησὶ μνημονεύειν Ἀριστείδου Θυγατριδοῦν εὖ μάλα πένητα Λυσίμαχον ὃς ἑαυτὸν ἐκ πινακίου τινὸς ὀνειροκριτικοῦ παρὰ τὸ Ἰακχεῖον λεγόμενον καθεζόμενος ἔβοσκε. τῇ δὲ μητρὶ καὶ τῇ ταύτης ἀδελφῇ ψήφισμα γράψας δωρεὰν ἔπεισε τὸν δῆμον διδύναι τριώβολον

ἑκάστης ἡμέρας. αὐτὸς μέντοι ὁ Δημήτριος νομοθετῶν ἐψηφίσατο δραχμὴν ἑκατέρᾳ τάξαι τῶν γυναικῶν. De priore hujus fragmenti parte cf. Athen. XIII. p. 556. a: ἐκ τούτων οὖν τις ὁρμώμενος μέμψαιτ' ἂν τοὺς περιτιθέντας Σωκράτει δύο γαμετὰς γυναῖκας, Ξανθίππην καὶ τὴν τοῦ 'Αριστείδου Μυρτώ, οὐ τοῦ δικαίου καλουμένου, οἱ χρόνοι γὰρ οὐ συγχωροῦσιν, ἀλλὰ τοῦ τρίτου ἀπ' ἐκείνου· εἰσὶ δὲ Καλλισθένης, Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς κ. τ. λ.

29. ἐρωτικὸς, de amore sive de rebus amatoriis.

30. περὶ πίστεως. Huc referrem fragmentum, quod est apud Stob. in florileg. 12. 18: Δημήτριος ἐρωτηθεὶς τί φαῦλον τοῖς ψευδομένοις παρακολουθεῖ, εἶπε· Τὸ μηδ' ἂν τἀληθῆ λέγωσιν ἔτι πιστεύεσθαι, nisi moneri in ea, qua usus sum, editione animadverterem, illum locum in codicibus deesse et a Gesnero additum esse videri.

31. περὶ χάριτος.

32. περὶ τύχης. Fortasse sententia, quam Theophrastus praecepit, vitam humanam regi fortuna, non sapientia (cf. Cic. Tuscul. V. 9) summa hujus libri fuit, nec defuit Demetrio mira fortunae vicissitudo, qua moveretur, ut eidem sententiae accederet. Fragm. XXIX. Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 394. R. (103. 52): ὅθεν ὀρθῶς ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος εἰπόντος Εὐριπίδου· „ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος, ἀλλ' ἐφήμερος" καὶ ὅτι „μικρότατα τὰ σφάλλοντα καὶ μί' ἡμέρα τὰ μὲν καθεῖλεν ὕψοθεν, τὰ δ' ἦρ' ἄνω", τὰ μὲν ἄλλα καλῶς ἔφη λέγειν αὐτὸν· βέλτιον δ' ἂν εἶχεν ἄν, εἰ μὴ μίαν ἡμέραν, ἀλλὰ στιγμὴν εἶπε χρόνου. — Fragm. XXX. Diog. La. V. 5. 82: οὐ μόνον τὸν πλοῦτον ἔφη τυφλὸν ἀλλὰ καὶ τὴν ὁδηγοῦσαν αὐτὸν τύχην.

Fragm. XXXI.

Diodor. excerpt. Vatic. 81. p. 81—82:

Ὅτι ἀκμαζούσης τῆς τῶν Μακεδόνων βασιλείας Δημ. ὁ Φαλ. ἐν τῷ περὶ τύχης ὑπομνήματι καθάπερ χρησμῳδῶν ὑπὲρ τῶν αὐτῇ συμβησομένων εὐστόχως τούτους τοὺς λόγους ἀποπεφοίβακεν·

„Εἰ γὰρ λάβοις πρὸ τῆς ἐννοίας μὴ χρόνον ἄπειρον μηδὲ γενεὰς πολλὰς, ἀλλὰ πεντήκοντα μόνον ἔτη ταυτὶ τὰ πρὸ ἡμῶν, γνοίης ἂν, ὡς τὸ τῆς τύχης χαλεπὸν ἐνταῦθα· πεντηκοστῷ γὰρ ἔτει πρότερον οἴεσθ' ἂν ἢ Πέρσας ἢ βασιλέα τῶν Περσῶν ἢ Μακεδόνας ἢ βασιλέα τῶν Μακεδόνων, εἴ τις θεῶν αὐτοῖς προὔλεγε τὸ μέλλον, πιστεῦσαί ποτ' ἂν, ὡς εἰς τοῦτον τὸν καιρὸν Περσῶν μὲν οὐδ' ὄνομα λειφθήσεται τὸ παράπαν οἱ πάσης σχεδὸν τῆς οἰκουμένης ἐδέσποζον, Μακεδόνες δὲ καὶ πάσης κρατήσουσιν, ὧν οὐδ' ὄνομα ἦν γνώριμον; ἀλλ' ὅμως ἡ πρὸς τὸν βίον ἡμῶν ἀναλογία τῆς τύχης καὶ πάντα παρὰ τὸν λογισμὸν τὸν ἡμέτερον καινοποιοῦσα καὶ τὴν αὐτῆς δύναμιν ἐν τοῖς ἐνδόξοις ἐνδεικνυμένη καὶ νῦν ἐνδείκνυται Μακεδόνας εἰς τὴν Περσῶν ἡγεμονίαν ἐνοικίσασα, διότι καὶ τούτοις ἡ τύχη τἀγαθὰ κέχρηκεν· ἕως ἂν ἄλλο τι βουλεύσηται περὶ αὐτῶν. ὃ συνέβη κατὰ τοὺς νῦν χρόνους συντελεσθῆναι. διόπερ καὶ ἡμεῖς ἐκρίναμεν τῇ περιστάσει ταύτῃ τὸν ἁρμόζοντα λόγον ἐπιφθέγξασθαι καὶ τῆς προφάσεως τῆς Δημητρίου μνησθῆναι μείζονος οὔσης ἢ κατ' ἄνθρωπον· προεῖπε γὰρ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ἔτη περὶ τῶν ὕστερον συμβησομένων.

Polyb. excerpt. lib. 30. c. 3 in Maji script. vett. nova coll. p. 434.

Ὥστε πολλάκις καὶ λίαν μνημονεύειν τῆς Δημ. τοῦ Φαληρέως φωνῆς. ἐκεῖνος γὰρ ἐν τῷ περὶ τῆς τύχης ὑπομνήματι βουλόμενος ἐναργῶς ἀποδεικνύναι τοῖς ἀνθρώποις τὸ ταύτης εὐμετάβολον, ἐπιστὰς ἐπὶ τοὺς κατ' Ἀλέξανδρον καιροὺς, ὅτε κατέλυσε τὴν Περσῶν ἀρχὴν, λέγει ταῦτα.

Εἰ γὰρ λάβοι τις μὴ χρόνον ἄπειρον μηδὲ γενεὰς πολλὰς, ἀλλὰ πεντήκοντα μόνον ἔτη ταύτῃ πρὸ ἡμῶν, γνοίη τ' ἂν, ὡς τὸ τῆς τύχης χαλεπὸν ἐνταῦθα· πεντηκοστὸν γὰρ ἔτος οἴεσθ' ἂν ἢ Πέρσας ἢ βασιλέας τῶν Περσῶν ἢ Μακεδόνας ἢ βασιλέας τῶν Μακεδόνων, εἴ τις θεῶν αὐτοῖς προὔλεγε τὸ μέλλον, πιστεῦσαί ποτ' ἂν, ὡς εἰς τοῦτον τὸν καιρὸν Περσῶν οὐδ' ὄνομα λειφθήσεται τὸ παράπαν, οἱ πάσης τῆς οἰκουμένης ἐδέσποζον, Μακεδόνες δὲ πάσης κρατοῦσιν, ὧν οὐδ' ὄνομα πρότερον ἦν; ἀλλὰ πῶς ἡ πρός τὸν βίον ἡμῶν ἀσύνθετος τύχη καὶ πάντα παρὰ λογισμὸν τὸν ἡμέτερον καινοποιοῦσα καὶ τὴν αὐτῆς δύναμιν ἐν τοῖς παραδόξοις ἐνδεικνυμένη καὶ νῦν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, δείκνυσι πᾶσιν ἀνθρώποις Μακεδόνας εἰς τὴν Περσῶν εὐδαιμονίαν εἰσοικίσασα, διότι καὶ τούτοις ταῦτα τἀγαθὰ κέχρηκεν, ἕως ἄλλο τι βουλεύσηται περὶ αὐτῶν. Ταῦτα μὲν ὁ Δημήτριος ὡσανεὶ θείῳ τινὶ στόματι περὶ τοῦ μέλλοντος πεφοίβακεν — καὶ Δημητρίου μνησθῆναι· δοκεῖ γάρ μοι θειοτέραν ἢ κατ' ἄνθρωπον τὴν πρόφασιν ποιήσασθαι, σχεδὸν γὰρ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα πρότερον ἐτῶν τἀληθὲς ἀπεφήνατο περὶ τῶν ἔπειτα συμβησομένων.

Quum Diodorus et Polybius non modo eundem Demetrii locum habeant, sed similiter etiam, imo vero iisdem fere verbis de eo disputent, Diodorus quippe aetate posterior haud dubie sua ex Polybio repetiit. Sed quid de magna illa diversitate orationis judicandum est, qua uterque Demetrii locum tradit? Equidem orationem Polybii tanto deteriorem Diodorea esse censeo, ut statuam, verba Demetrii apud Polybium, quum transcriberet ea Diodorus, alia fuisse et depravata demum esse ab eo, qui Polybium excerpserit, quum Polybius orationem Demetrii in deterius mutasse non videatur. Gravissimas tantum varietates perlustremus. Diodorus: ταυτὶ τὰ πρὸ ἡμῶν, Polybius ταύτῃ πρὸ ἡμῶν, sed neque ταύτῃ locum habere neque articulus deesse potest. Polyb. πεντηκοστὸν ἔτος, qui accusativus vitiosus est. Diod. βασιλέα, Polyb. βασιλέας, sed unus tantum rex Persarum fuit. Diodori σχεδὸν aptius est, quum non universo terrarum orbi Persae imperaverint. Diod. ὅμως, Polyb. πῶς, sed neque interrogatio neque exclamatio apta est. Polybii ἀσύνθετος paene non explicari potest et si interpretamur vocem per incertus, inconstans, ea cum praepositione πρὸς non bene conjungitur. Diodori lectione ἐνδόξοις nova sententia augetur locus, fortunae perniciosam vim in illustrissimum quemque verti, quem antea ad amplissimum honoris et potestatis locum evexerit, contra Plutarchi παραδόξοις, quod neutro genere intelligi opus est, magis languet. Diodorus: νῦν ὁμοίως ἐνδείκνυται, Polyb. νῦν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ δείκνυται, ubi vel literarum ratio corruptelam significat. Polybii πᾶσιν ἀνθρώποις est languidum et supervacaneum additamentum. Denique Polybii excerptor male ἂν omittit apud conjunctivum cum ἕως conjunctum. Itaque Diodori genuinas lectiones esse

puto. — Ceterum e verbis Demetrii *πεντηκοστῷ ἔτει πρότερον* colligi potest, quando liber ejus *περὶ τύχης* conscriptus fuerit. Nam respicit annum, quo Alexander in Asiam profectus est, Ol. 111, 3 s. 334 a. Ch. (cf. Polybii verba: *ἐπιστὰς ἐπὶ τοὺς κατ' Ἀλέξανδρον καιροὺς ὅτε κατέλυσε τὴν Περσῶν ἀρχὴν*), ad quem si quinquaginta annos addimus, annus Ol. 124, 1 (384) efficitur. Igitur Demetrius librum composuit, quum in Aegypto versaretur, primo fere Philadelphi regnantis anno (cf. A. Maji ad l. l. annotationem).

33. *περὶ μεγαλοψυχίας.* Aristoteles Ethic. ad Nic. II. 7 *μεγαλοψυχίαν* ait mediocritatem tenere, quae sit inter *μικροψυχίαν* et *χαυνότητα* h. e. fastum, quem ipsum quum Demetrius in libro de magnanimitate attigisse videatur, ex eo esse opinor fragm. XXXII. Diog. La. V. 5. 82: *τῶν τετυφωμένων ἀνδρῶν ἔφη τὸ μὲν ὕψος δεῖν περιαιρεῖν, τὸ δὲ φρόνημα καταλιπεῖν.*

34. *περὶ γάμου.* Theophrastus sapienti a matrimonio et liberis procreandis abstinendum esse docebat (Ritter Gesch. der Philos. III. p. 410) et Aristoteles librum scripserat *ὑπὲρ τοῦ μὴ γεννᾶν*, quod argumentum Demetrius quoque isto libro fortasse tractavit, quamquam ipse uxorem duxisse traditur.

35. *περὶ καιροῦ*, de tempore opportuno s. de occasione.

36. *περὶ ἐπιτηδευμάτων* de variis hominum studiis ac negotiis.

37. *περὶ γήρως.* Fragm. XXXIII. Diog. La. II. 3. 9: *τοῦτον δὲ* (Anaxagoram) *καὶ θάψαι ταῖς ἰδίαις χερσὶν αὐτοὺς* (*τοὺς παῖδας*) *Δημήτριός φησιν ὁ Φαλ. ἐν τῷ περὶ γήρως.* — Fragm. XXXIV. Diog. La. IX. 2. 4: *φησὶ δὲ Δημ. ὁ Φαλ. ἐν τῷ περὶ γήρως ταῖς ἰδίαις χερσὶ θάψαι τοὺς υἱεῖς αὐτὸν* (Xenophanem) *καθάπερ καὶ Ἀναξαγόραν.* Igitur aut toto libro aut parte ejus aliqua senectutem malum esse exposuit.

38. *δίκαια.* Saepe ejusdem scriptoris et *περὶ δικαιοσύνης* et *περὶ δικαίων* libri memorantur, qui ita differunt, ut alter de justitiae natura omnino, alter de justarum actionum speciebus ageret (cf. Buhle de libris Aristot. deperd. in comment. soc. Gotting. XV. p. 116). Demetrium de justitia quoque scripsisse videri libro *Ἀριστείδης* inscripto supra diximus.

39. *χρείων* liber. Chriarum duo feruntur genera. Primum est tractatuum, qui proficiscuntur a brevi sententia vel insigni aliqua actione atque sensum ejus undique dilatantes ad topos quosdam explicant. Sed hae pueriles tironum in rhetorica exercitationes posterioribus demum temporibus ortae sunt sive nomen certe ab Aphthonio demum acceperunt, qui anno 320 a. Ch. vixit (cf. Ernesti lexic. technol. graec. s. v. *χρεία*). Deinde *χρεῖαι* dicuntur varia variorum apophthegmata vel apomneimoneumata, quales illae Machonis sunt apud Athen. VI. p. 242. sqq. VIII. p. 348 sqq. XIII. p. 577 sqq. Qui Machon non diu post Demetrium vixit et variorum sententiose, apte vel salse dicta ad formam narratiuncularum jambicis versibus composuit. Sed [nec] versus nec narratiuncularum forma necessaria videntur, quum vox *χρεία* proprie utilitatem, tum utile dictum significet. Tales Demetrii *χρεῖαι* fuisse videntur, quare huc referenda puto dicta septem Sapientium.

Fragm. XXXV. Stob. florileg. V. 79: *Δημητρίου Φαληρέως τῶν ἑπτὰ σοφῶν ἀποφθέγματα. α. Κλεόβουλος Εὐαγόρου Λινδιος ἔφη. Μέτρον ἄριστον. Πατέρα δεῖ αἰδεῖσθαι. Εὐ τὸ σῶμα ἔχειν καὶ τὴν ψυχήν. Φιλήκοον καὶ μὴ πολυήκοον.* (*) *Πολυμαθῆ ἢ ἀμαθῆ. Γλῶσσαν εὔφημον κέκτησθαι. Ἀρετῆς οἰκεῖον καὶ κακίας ἀλλότριον ἀδικίαν μισεῖν. Εὐσέβειαν φιλάσσειν. Πολίταις τὰ βέλτιστα συμβουλεύειν. Γλώττης κρατεῖν. Βίᾳ μηδὲν πράττειν. Τύχῃ εὔχεσθαι. Ἔχθρας διαλύειν. Τὸν τοῦ δήμου ἐχθρὸν πολέμιον νομίζειν. Οἰκέτας μεθύοντας μὴ κολάζειν· εἰ δὲ μή, δύξεις καὶ αὐτὸς μεθύειν. Γαμεῖν ἐκ τῶν ὁμοίων· ἐὰν γὰρ ἐκ τῶν κρειττόνων, δεσπότας, οὐ συγγενεῖς κτήσῃ.* Sed haec sufficiant, quum fragmentum longius sit, quam quod totum hic transscribi possit. De sapientium numero magna discordia est, qui neque ipsorum aetate nec postea certo definitus erat. Plato primus septem celebravit. Apud Demetrium in fragmento supra commemorato haec sapientium nomina sunt: Cleobulus, Solon, Chilon, Pittacus, Thales, Bias, Periander, quorum cuique parem dictorum numerum (fortasse 21) tribuisse videtur, quamquam apud Stobaeum primo 19, secundo 20, tertio 20, quarto 19, quinto 15 (16), sexto 17, septimo 18 dicta assignantur. Etiam Sosiadae apud Stobaeum 3. 80 septem sapientium dicta exstant, quae ab illis Demetrii maximam partem diversa, breviora et pauciora sunt neque inter singulos distributa. Antiquiores scriptores de septem sapientibus, quibus Demetrius usus esse videtur, memorantur a Lozynskio (Hermippi fragm. p. 30 sqq.). Ex philosophicis (sed incertum, e quibus) operibus haec fragmenta esse videntur. — Fragm. XXXVI. Stob. sermon. 8. 20: *Δημητρίου. Αὐτίκα γὰρ εἰ τῷ πολεμοῦντι καὶ παρατεταγμένῳ παρασταῖεν ἥ τε ἀνδρία καὶ ἡ δειλία, πόσον ἂν οἴεσθε διαφόρους εἰπεῖν λόγους; ἆρ' οὐχ ἡ μὲν ἀνδρία μένειν κελεύοι καὶ τὴν τάξιν διαφυλάττειν; Ἀλλὰ βάλλουσιν· ὑπόμενε. Ἀλλὰ τρωθήσομαι· καρτέρει. Ἀλλ' ἀποθανοῦμαι· ἀπόθανε μᾶλλον ἢ λίπῃς τὴν τάξιν. Ἀτενὴς οὗτος ὁ λόγος καὶ σκληρὸς, ἀλλ' ὁ τῆς δειλίας νὴ Δία φιλάνθρωπος καὶ μαλακὸς, ὑπάγειν γὰρ δῆτα κελεύει τὸν φοβούμενον. Ἀλλ' ἡ ἀσπὶς ἐνοχλεῖ· ῥῖψον. Ἀλλὰ καὶ ὁ θώραξ· παφάλυσον. Παντὶ δήπου πραύτερα ταῦτ' ἐκείνων. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Μὴ λάβῃς, φησὶν ἡ ἐγκράτεια, ὅθεν οὐ δεῖ, μὴ φάγῃς, μὴ πίῃς, ἀνέχου, καρτέρει· τὸ τελευταῖον ἀπόθανε πρότερον ἢ πράξῃς ὅπερ οὐ δεῖ. Ἡ δ' ἀκρασία· πῖθι ὅτε βούλει, φάγε ὅ,τι ἂν ἥδιστα φάγοις· ἡ τοῦ γείτονος ἀρέσκει σοι γυνή; πέραινε· χρημάτων ἀπορεῖς; δάνεισαι. δανεισάμενος ἀδυναμεῖς; μὴ ἀποδῷς· οὐ πιστεύουσιν ἔτι δανείζειν; ἅρπασον. Πολύ γε κάνταῦθα τὸ μεταξύ. Ἀλλὰ τίς οὐκ οἶδεν ὅτι ἡ μὲν τοιαύτη χάρις ὀλέθριος γίνεται τοῖς προσδεξαμένοις, ἡ δ' ἐκ τῶν ἐναντίων σωτήριος;* — Fragm. XXXVII. Diog. La. V. 5. 82: *Ἰδών ποτε νεάνισκον ἄσωτον Ἰδού, ἔφη, τετράγωνος Ἑρμῆς ἔχων σύριγα, κοιλίαν, αἰδοῖον, πώγωνα.* — Fragm. XXXVIII. Diog. La. ibid.: *τοὺς νέους ἔφη δεῖν ἐπὶ μὲν τῆς οἰκίας τοὺς γονεῖς αἰδεῖσθαι, ἐν δὲ ταῖς ὁδοῖς τοὺς ἀπαντῶντας, ἐν δὲ ταῖς ἐρημίαις ἑαυτούς.* — Fragm. XXXIX. Diog. La. ibid.: *τοὺς φίλους ἐπὶ μὲν τὰ ἀγαθὰ παρακαλουμένους ἀπιέναι, ἐπὶ δὲ τὰς συμφορὰς αὐτομάτους ἀπιέναι.* Haec verba viliosa esse, facile intelligitur.

C. Scripta rhetorica et oratoria.

40. περὶ ῥητορικῆς libri duo. Ex his opinor est fragm. XL. Phot. s. v. Ἰσαῖος· Δημήτριος δὲ Χαλκιδέα φησὶν αὐτὸν (Isaeum) εἶναι. — Fragm. XLI. Apollon. vit. Aeschin. Becker. III. p. 247: ὅτι (Αἰσχίνης) μαθητὴς ἐγένετο, ὡς μὲν Δημ. ὁ Φαλ. φησι, Σωκράτους τοῦ φιλοσόφου εἶθ' ὕστερον Πλάτωνος. — Fragm. XLII. Dionys. Halic. ad Cn. Pomp. de Platone 2. p. 760. R.: σχήμασί τε ποιητικοῖς ἐσχάτην προβάλλουσιν ἀηδίαν καὶ μάλιστα τοῖς Γοργείοις ἀκαιρῶς καὶ μειρακιωδῶς ἐναβρύνεται καὶ πολυτέλειά τίς ἐστιν ἐν τοῖς τοιούτοις παρ' αὐτῷ, ὡς καὶ Δημήτριος ὁ Φαλ. εἰρηκέ που. Eadem verba leguntur de admir. vi dicendi in Demosth. c. 5. p. 966—967 R. — Dionys. Hal. ibid. de Platone c. 1. p. 757 R. καὶ γὰρ τὰ δόγματα διέβαλον αὐτοῦ τινες καὶ τοὺς λόγους ἐμέμψαντο, πρῶτον μὲν ὁ γνησιώτατος αὐτοῦ μαθητὴς Ἀριστοτέλης, ἔπειτα οἱ περὶ Κηφισόδωρόν τε καὶ Θεόπομπον καὶ Ζωΐλον καὶ Ἱπποδάμαντα καὶ Δημήτριον. Hic Demetrius, si Dionysius nomina scriptorum secundum temporum ordinem enumeravit, alius est ac noster Phalereus. Sed restant plurima hujus fragmenta, quae dubium est utrum ad rhetoricam ejus pertineant an singularis libri sint de Demosthene conscripti, quem vero Diogenes La. non nominat. — Fragm. XLIII. Plutarch. vit. Demosth. c. 9: ἐπεὶ τόλμαν γε καὶ Θάρσος οἱ λεχθέντες ὑπ αὐτοῦ (Demosth.) λόγοι τῶν γραφέντων μᾶλλον εἶχον, εἴ τι δεῖ πιστεύειν Ἐρατοσθένει καὶ Δημητρίῳ τῷ Φαλ. καὶ τοῖς κωμικοῖς — ὁ δὲ Φαλ. τὸν ἔμμετρον ἐκεῖνον ὅρκον ὀμόσαι ποτὲ πρὸς τὸν δῆμον ὥσπερ ἐνθουσιῶντα· Μὰ γῆν, μὰ κρήνας, μὰ ποταμοὺς, μὰ νάματα. — Fragm. XLIV. ibid. c. 11: τοῖς δὲ σωματικοῖς ἐλαττώμασι τοιαύτην ἐπῆγεν ἄσκησιν, ὡς ὁ Φαλ. Δημ. ἱστορεῖ, λέγων αὐτοῦ Δημοσθένους ἀκούειν πρεσβύτου γεγονότος τὴν μὲν ἀσάφειαν καὶ τραυλότητα τῆς γλώττης ἐκβιάζεσθαι καὶ διορθροῦν εἰς τὸ στόμα ψήφους λαμβάνοντα καὶ ῥήσεις ἅμα λέγοντα· τὴν δὲ φωνὴν ἐν τοῖς δρόμοις γυμνάζεσθαι καὶ ταῖς πρὸς τὰ σιμὰ προβάσεσι διαλεγόμενον καὶ λόγους τινὰς ἢ στίχους ἅμα τῷ πνεύματι πυκνουμένῳ προφερόμενον. εἶναι δ' αὐτῷ μέγα κάτοπτρον οἴκοι καὶ πρὸς τοῦτο τὰς μελέτας ἐξ ἐναντίας ἱστάμενον περαίνειν. — Fragm. XLV. ibid. c. 14: Δημοσθένης δ' οὐκ ὢν ἐν τοῖς ὅπλοις ἀξιόπιστος, ὥς φησιν ὁ Δημήτριος, οὐδὲ πρὸς τὸ λαμβάνειν παντάπασιν ἀπωχυρωμένος, ἀλλὰ τῷ μὲν παρὰ Φιλίππου καὶ Μακεδονίας ἀνάλωτος ὤν, τῷ δ'ἄνωθεν ἐκ Σούσων καὶ Ἐκβατάνων ἐπιβατὸς χρυσίῳ γεγονὼς καὶ κατακεκλυσμένος, ἐπαινέσαι μὲν ἱκανώτατος ἦν τὰ τῶν προγόνων καλὰ, μιμήσασθαι δ'οὐχ ὁμοίως. — Fragm. XLVI. ibid. c. 11. τοῖς μὲν πολλοῖς ὑπροκρινόμενος (Demosthenes) ἤρεσκε θαυμαστῶς, οἱ δὲ χαρίεντες ταπεινὸν ἡγοῦντο καὶ ἀγεννὲς αὐτοῦ τὸ πλάσμα καὶ μαλακὸν, ὃν καὶ Δημ. ὁ Φαλ. ἐστιν. — Fragm. XLVII. Dionys. Hal. de admir. vi dic. in Demosth. c. 53: καὶ γὰρ τὰ πάθη τῆς φωνῆς καὶ τὰ σχήματα τοῦ σώματος οἷς κράτιστα ἔξειν ἔμελλεν οὐ μικρῷ πόνῳ κατειργάσατο, καίτοι φύσει πρὸς ταῦτα οὐ πάνυ εὐτυχεῖ χρησάμενος ὡς Δημ. ὁ Φαλ. φησι καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ τὸν βίον αὐτοῦ συγγράψαντες. Pro καίτοι particula causam indicans desideratur. — Cicero de petit. consul. c. 1: „et saepe, quae de Demosthenis studio et exercitatione scripsit Demetrius recordare. — Fragm. XLVIII. Philodemi Rhetor. Passages détachés des papyrus d' Herculanum. Revue de Philologie. Paris 1845. p. 315: παρὰ δὲ τῷ Φαληρεῖ λέγεται τοῦτο, ποικίλον μὲν αὐτὸν (Demosthenem) ὑποκριτὴν γεγονέναι καὶ περιττὸν, οὐχ ἁπλοῦν δὲ, οὐδὲ κατὰ τὸν γενναῖον τρόπον, ἀλλ' ἐς τὸ μαλακώτερον καὶ ταπεινότερον ἀποκλίνοντα. — Fragm. XLIX. ibid. p. 317: Πονηρὸν γὰρ εἰς ὑπόκρισιν αἱ μακραὶ περίοδοι, καθάπερ καὶ παρὰ Δημητρίῳ κεῖται περὶ τῶν Ἰσοκράτους. Haec ex ea parte rhetoricae, qua de Isocrate Demetrius egit, a Philodemo repetita esse videntur. — Fragm. L. Plutarch. Demosth. 28: Δημήτριος δὲ τῆς Ἀναξιμένους διατριβῆς μετεσχηκέναι φησὶν αὐτὸν, scil. Archiam satellitum ducem, qui ab Antipatro oratores Athenienses captare jussus Demosthenem Calaureae deprehendit eique morienti interfuit.

41. Orationes. Non solum dixisse Demetrium coram populo, sed etiam orationes scriptas reliquisse supra probare studui. Sed quot ejus orationes (vel cujus argumenti fuerint, non constat. Huc refero, quoniam Rutilius Lupus exempla sua ex orationibus maxime hausisse videtur, haec verba Demetrii ab illo in Latinum translata. Fragm. LI. P. Rutil. Lupus de figur. sent. et elocut. I. 1: „Demetrii Phalerei: Nam quod beneficium tempore et cupienti datur, gratum est. Utilitas enim ac voluntas accipiendi honorem dantis facit ampliorem. At quod sero et non desideranti datur, ingratum est. Amisso enim tempore utilitatis cadit accipiendi cupiditas.“ Rutilius his verbis utitur exemplo prosapodoseos figurae. — Fragm. LII. ibid. II. §. 16: „Ita ut fecit Demetrius Phalerius: Nobis primum dii immortales fruges dederunt, nos quod soli accepimus per omnes terras distribuimus. Nobis majores nostri rem publicam reliquerunt, nos etiam socios nostros de servitute eripuimus. Itaque et amplissimus nobis honos ab omnibus habetur, et propter hujus honoris dignitatem superbiae nostrae nemo vestigium experitur“. cf. Quintil. IX. 3. 84. Ruhnkenius legendum censet: ne vestigium reperitur. Rutilius locum illum affert vel potius a Gorgia laudatum Latine convertit, ut antitheti exemplum sit.

D. Scripta grammatica.

42. περὶ Ἰλιάδος, libri duo; commentarius, qui praecipue circa illa προβλήματα (ζητήματα, ἀπορίας) et λύσεις versatus esse videtur. Fragm. LIII. Athen. IV. p. 177 f.: Δημ. δ' ὁ Φαλ. ἐπαρίστερον τὴν τοῦ στίχου παράληψιν ἐπειπὼν καὶ τῆς ποιήσεως ἀλλότριον τοῦ „Ἡδὲ γὰρ κατὰ θυμὸν ἀδελφεὸν ὡς ἐπονεῖτο“, μικρολογίαν ἐμβάλλει τοῖς ἤθεσιν. Οἶμαι γάρ, φησιν, ἕκαστον τῶν χαριέντων ἀνθρώπων ἔχειν καὶ οἰκεῖον καὶ φίλον πρὸς ὃν ἂν ἔλθοι θυσίας οὔσης, τὸν καλοῦντα μὴ περιμείνας. Causabonus recte legendum esse censet ὅτι μικρολογίαν κ. τ. λ. = ut qui versus restrictum et humilem fuisse heroum animum arguat. Caussa cur Demetrius versum Iliad. II. 409 rejiciendum censet, certe non inepta est. Nam ille hoc versu caussam declarari putat, cur Menelaus, quam-

quam non vocatus, tamen venire voluerit neque aegre tulerit, fratrem sui oblitum esse, Menelaum enim animum Agamemnonis sollicitum et curis distentum respexisse. Atqui ex Demetrii opinione Agamemnon nulla excusatione egebat, quum fratrem ad coenam non vocaret, sed ultro venturum esse exspectaret. — Fragm. LIV. Schol. ad Tzetzis Allegor. Iliad. in Cramer. anecdot. Oxon. III. p. 381. ad versum *τῷ τύτε ἂν ἐπόρθησε, λόγος ἐστὶν ἀστεῖος: Γραφὴν Ὁμήρου ἀστείαν· ὁ Φαλ. δὲ χάριν ὀνομάζει τὸ ἀστεῖον.*

43. *περὶ* Ὀδυσσείας libri quatuor. Fragm. LV. Eustath. ad Odyss. *γ*. 267 p. 126 (201): *Ὁ δὲ Φαλ. Δημ. ἱστορεῖ ὅτι Μενέλαος ἅμα Ὀδυσσεῖ ἐλθὼν εἰς Δελφοὺς ἤρετο περὶ τῆς εἰς Ἴλιον στρατείας ἀγωνοθετοῦντος Κρέοντος τὸν ἐνναετηρικὸν ἀγῶνα τῶν Πυθίων, ἐν ᾧ ἐνίκα Δημόδοκος Λάκων μαθητὴς Μυκηναίου Αὐτομήδους τοῦ δι ἐπῶν γράψαντος τὴν Ἀμφιτρύωνός τε μάχην πρὸς Τηλεβόας καὶ τὴν ἔριν Κιθαιρῶνος καὶ Ἐλικῶνος ἀφ' ὧν τὰ ἐν Βοιωτίᾳ ὄρη ἐκλήθησαν. Ἦν δέ, φησι, καὶ αὐτὸς μαθητὴς Περιμήδους Ἀργείου διδάξαντος αὐτόν τε καὶ τὸν ῥηθέντα Μυκηναῖον Αὐτομήδην καὶ Λικύμνιον τὸν Βουπρασιέα καὶ Φαρίδαν τὸν Λάκωνα καὶ Πρύβολον τὸν Σπαρτιατήν. τότε δὲ Μενέλαος μὲν τῇ προνοίᾳ Ἀθηνᾷ τὸν τῆς Ἑλένης ὅρμον ἀνέθηκεν ἐν Δελφοῖς. Ἀγαμέμνων δὲ τὸν Δημόδοκον εἰς Μυκήνας ἀκολουθῆσαι πείσας ἔταξε τὴν Κλυταιμνήστραν τηρεῖν, ἐτίμα γὰρ λίαν, φησὶ, τοὺς ἀοίδους ὡς διδασκάλους τῶν τε θείων καὶ ἀνθρωπίνων. δηλοῖ δέ, φησι, καὶ Κλυταιμνήστρα τὴν εἰς αὐτὸν τιμήν. οὐ γὰρ φονεύειν ἀλλ' ἀφορίζειν αὐτὸν ἀφῆκεν.* Eadem fere reperiuntur in schol. antiqu. in Hom. Odyss. ed. Buttm. Berol. 1821 ad Odyss. *γ*. 267. Sed facile intelligitur Eustathii verba vera Demetrii esse (quod ipse per illud *φησί* saepius additum indicat), sive certe accuratius esse transscripta quam in altero exemplo, in quo oratio mutata et in deterius quidem est. Welkerus (der epische Cyclus. p. 191) illa ex opere quodam Demetrii *περὶ ποιητῶν* esse censet, sed *περὶ ποιητῶν* Demetrium scripsisse Diogenes La. narrat, ubi de librorum generibus exponit, neque ille titulus in ipso singulorum librorum indice redit. Eundem illum locum Tzetzes male ac confuse excerptum reddit in schol. ad Lycophr. prolegg. — Fragm. LVI. Stob. de temperam. serm. V. lemm. 59. I. p. 154. Gaisf.: *Ἐκ τῆς Ἑρμίππου συναγωγῆς τῶν καλῶς ἀναφωνηθέντων ἐξ Ὁμήρου· Δημήτριος ὁ Φαλ. εἰς σωφροσύνην ἔλεγε ταῦτα ποιεῖν· Ἀσπάσιοι λέκτροιο παλαιοῦ θεσμὸν ἵκοντο.* Est versus Odyss. XXIII. 296.

44. Ὁμηρικός.

45. *περὶ Ἀντιφάνους.* Hic liber de Antiphane comoediarum scriptore ad literarum historiam pertinere videtur. Scripta quatuor postremo memorata id genus, quod Diogenes La. *περὶ ποιητῶν* nominat, effecisse puto.

Sequantur duo fragmenta, quae ex grammaticis Demetrii scriptis repetita esse videntur, sed certo libro assignari nequeunt. — Fragm. LVII. Mar. Victorin. p. 2468 P. L. l. c. 4. §. 95 sq. p. 25. in Gaisford. script. Lat. rei metr.: „Repertores literarum Cadmus ex Phoenice in Graeciam et Evander ad nos transtulerunt abcdeiklm nopqrst literas numero XVI, postea quasdam a Palamede et alias a Simonide adjectas implesse numerum XXIV grammatici, praeterea Demetrius Phalereus, Hermocrates, ex nostris autem Cincius, Fabius, Gellius tradiderunt". — Fragm. LVIII. Schol. ad Tzetzis Chil. V. 209 in Cramer. anecd. Oxon. III. p. 365: *Τὸ Ἄραψ γράφε μεθ' ἑνὸς μηδὲ διπλοῦ τοῦ ῥῶ μοι, Τζέτζης ὁ τοῦτο λέγων σοι· μὴ πείθου τοῖς βαναύσοις. καὶ Φαληρεὺς Δημήτριος ῥητορικῆς φῆ γράφειν.* Fortasse legendum est *ῥήτωρ ὥς φησι γράφειν.* Poeta enim Tzetzes particula *ὥς* ita uti potuit.

E. Reliqua scripta Demetrii.

46. *Αἰσωπείων* liber unus. Qui, quum a Diogene in verbis indici librorum antecedentibus titulo *λόγων Αἰσωπείων συναγωγαὶ* significetur, fabulas Aesopeas a Demetrio collectas complexus esse videtur, quibus ipse fortasse suas quasdam adjecit.

47. Paeanes in Serapidem deum. Quum enim Demetrius in Aegypto oculorum morbo correptus esset, Serapis deus per somnium, ut videtur, aegrotanti medicamentum quoddam significaverat, quo usus ille sanatus est et ob hoc beneficium deum paenibus celebravit (Artemidor. oneirocrit. p. 142. II.; Diog. La. V. 5. 76). De his ut bene judicemus illud movet, quod Diogenes etiam suo tempore eos cantari prodit.

48. *ἐπιστολαί.* Num ea, quam etiamnum habemus epistolam Demetrii ab Aristea in libello de LXX interpretum historia traditam, genuina sit, valde dubium est. Aristeas Demetrium, colloquio cum Ptolemaeo rege de vertendis sacris Judaeorum libris habito, ab hoc jussum esse narrat, ut in epistola de eadem re ad eum scriberet, idque Demetrium fecisse (Euseb. praepar. evang. VIII. 3). Ineptum quidem non esse, quod Demetrius regem praesentem per epistolas adeat et de ea re, de qua jam ante cum Ptolemaeo coram egerit, satis apparet ex iis locis, quos affert H. Hodius de bibl. textu origin. p. 65. Sed viri docti totum libellum Aristeae suppositum esse arbitrantur, quamobrem illam epistolam veram Demetrii esse minime affirmare velim. Nihilominus epistolam adscribamus, quae invenitur et in Aristeae libro edito ab Hodio et apud Eusebium et apud Josephum (Antiquit. XII. 2. 3.), qui vero ut in reliqua Aristeae narratione verba mutavit. Fragm. LIX. Euseb. praepar. evang. VIII. 2 sqq. *Βασιλεῖ Μεγάλῳ παρὰ Δημητρίου. Προστάξαντός σου, βασιλεῦ, περὶ τῶν ἀπολειφθέντων εἰς τὴν συμπλήρωσιν τῆς βιβλιοθήκης βιβλίων ὅπως ἐπισυναχθῇ καὶ τὰ διαπεπτωκότα τύχῃ τῆς προσηκούσης ἐπισκευῆς, πεποιημένος οὐ παρέργως τὴν ἐν τούτοις ἐπιμέλειαν, προσαναφέρω σοι. Τὰ δὲ τοῦ νόμου τῶν Ἰουδαίων βιβλία σὺν ἑτέροις ὀλίγοις τισὶν ἀπολείπει. Τυγχάνει γὰρ Ἑβραϊκοῖς γράμμασι καὶ φωνῇ λεγόμενα· ἀμελέστερον δὲ καὶ οὐχ ὡς ὑπάρχει σεσήμανται, καθὼς ὑπὸ τῶν εἰδότων προσαναφέρεται, προνοίας γὰρ βασιλικῆς οὐ τετύχηκεν. Δέον δὲ ἔτι καὶ ταῦθ' ὑπάρχειν παρά σοι διηκριβωμένα, διὰ τὸ καὶ φιλοσοφωτέραν εἶναι καὶ ἀκέραιον τὴν νομοθεσίαν ταύτην ὡς ἂν οὖσαν θείην. Διὸ πόρρω γεγόνασιν οἵ τε συγγραφεῖς καὶ ποιηταὶ καὶ τὸ τῶν ἱστορικῶν πλῆθος τῆς ἐπιμνήσεως τῶν προειρημένων βιβλίων καὶ τῶν κατ' αὐτὰ πεπολιτευμένων ἀνδρῶν διὰ τὸ ἀγνήν τινα καὶ σεμνὴν εἶναι τὴν ἐν αὐτοῖς θεωρίαν, ὥς φησιν Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης. Ἐὰν οὖν φαίνηται, βασιλεῦ, γραφήσεται πρὸς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ἀρχιερέα, ἀπο-*

στείλαι τοὺς μάλιστα καλῶς βεβιωκότας πρεσβυτέρους ἄνδρας καὶ ἐμπείρους τῶν κατὰ τὸν νόμον ἑαυτῶν, ἀφ' ἑκάστης φυλῆς ἕξ, ὅπως τὸ σύμφωνον ἐκ τῶν πλειόνων ἐξετάσαντες καὶ λαβόντες τὸ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἀκριβὲς ἀξίως καὶ τῶν πραγμάτων καὶ τῆς σῆς προαιρέσεως θῶμεν εὐσήμως. Εὐτέχει διὰ παντός.

49. Ἀθηναίων καταδρομή. Fortasse Demetrius hoc libro ea, quae in Atheniensium moribus et re publica reprehensione digna viderentur, persecutus est, quum ipse ab iis injuria affectus esset.

